

MISCELANEA

108

COLECCION
DE IMPRESOS

GEOLOGIA
MORAL

BX880

M5
v. 105

004512



1080015527



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Jose Fran^{co} Gordon

EXCERPTA

EX LIBRO CUI TITULUS:

HOMO APOSTOLICUS

INSTRUCTUS IN SUA VOCATIONE

AD AUDIENDAS CONFESSIONES,

AUCTORE,

B. ALPHONSO MARIA DE LIGORIO;

SEU SENSU EIUDEM

UNIVERSIDAD DE NUY
Biblioteca Vozel y

SUPERIORUM FACULTATE.



MEXICI.

EX TYPOGRAPHIA RELIGIONIS VOCIE.

MDCCCXLIX.

Luis G. Gordon.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA Y ARCHIVO

BX 880

.145

v. 105



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Libro 880

LICENCIA DEL ORDINARIO.

México, Mayo 1.º de 1849.

Visto el parecer del Dr. D. Manuel Icaza, concedemos licencia para la reimpression del compendio, titulado: *Excerpta ex libro cui titulus: Homo Apostolicus instructus in sua vocatione, auctore B. Alphonso Maria de Liguorio*; bajo la calidad de que no se dará á luz sin que se haga el correspondiente cotejo.

Lo decretó y firmó el Sr. Vicario Capítular.
—M. Barrientos.—Dr. José María Cobar-
ruvias, Secretario.

004512

CUM ex decretis Apostolicis in causa
Beatificationis ALPHONSI MARIE DE LIGORIO
editis, constet in ejus doctrina nihil cen-
sura dignum fuisse repertum, eumque
hanc suam doctrinam in praxim deducen-
do inter Sanctos fuisse annumeratum, sco-
pus Editoris hujus libelli fuit sensa ejus-
dem Beati circa quæstiones majoris mo-
menti paucis verbis exprimere, ut ea Sa-
cerdotes sæpius legere possint, et, si opus sit,
in ipso penitentiæ Tribunali ad memo-
riam revocare.

IN FESTO

B. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO

ORATIO.

DEUS qui per B. ALPHONSUM confessorem
tuum, atque pontificem animarum zelo suc-
censum Ecclesiam tuam nova prole fecundas-
ti, quæsumus ut ejus salutaribus monitis edoc-
ti et exemplis roborati, ad te pervenire felici-
ter valeamus. Per Dominum etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

004512

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



QUÆDAM RATIONES

EX AUCTORE HUIUS LIBELLI

QUIBUS PRÆFERENDA VIDETUR

THEOLOGIA MORALIS

B. LIGORII.

I. Ligorius, cum ex scriptoribus Theologiæ moralis sit postremus, anteriorum omnium doctrina et eruditione usus est.

II. Cum cæteros legisset, eorumque rationes hinc et inde æqua lance ponderasset; precibus suis atque virtutibus a Sede Romana probatis, eam cælestem scientiam consequutus est, qua scriptores omnes donati non fuerunt.

III. Theologiæ moralis principes, eorumque opiniones singulatim producit: ejusque opus illorum compendium est.

IV. Non typis mandavit scripta, nisi postquam per triginta annos desudasset in ministeriis prædicationis et confessionis: Inauditum facimus in cæteris scriptoribus.

V. Celebriores, mirabilioresque peccatorum conversiones fructus optimi fuerunt ejus ministerii.

VI. In sua conscribenda Theologia, nullo systemate sive nationali, sive provinciali ligatur.—Sola doctrina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ scopus ejus fuit; cujus definitiones circa doctrinam morum religiose transcribit, quæ passim ab aliis scriptoribus omittuntur.—Eos potissimum refutare contendit, qui saniora morum principia pervertere conati sunt, Jansenistas scilicet, eorumque proscripita systemata; atque priores Ecclesiæ regulas, quas ad amussim sequebantur omnium sæculorum pii æque ac sancti viri, ad praxim deducere satagebat.

VII. Purus oculo, et simplex corde, nec questum temporalem, nec vanam nominis gloriam, nec plausus hominum perquirebat.

VIII. Maximi ejus doctrina morum æstimatur ab iis, qui et odore virtutum, et zelo polent salutis animarum.

IX. In Beatorum numero est relatus illum Theologiam docens, et deducens in praxim. *¿Poteritne ergo damnari, qui ejus vestigia sequatur?*

X. Ex sanctis viris, qui de morali Theologia tractarunt, nullus sicuti Ligorius eam profunde explicavit.

XI. Roma, post iteratum religiosissimum examen, declaravit: in ejus doctrina nihil censura dignum.

XII. In solo Ligorio Theologiæ moralis scriptore, tot et tantæ dotes reperiuntur.

EXCERPTA

EX LIBRO CUI TITULUS:

HOMO APOSTOLICUS,

AUCTORE

BEATO ALPH. M. DE LIGORIO;

SEU SENSU EJUSDEM.

DE LEGIBUS.

1. CONTEMPTUS legis, ut sit mortalis debet esse formalis, qui tunc est, cum aliquis ideo transgreditur legem, quia lex est, et illi non vult subjacere.
2. Lex mixta videtur obligare ad pœnam, et culpam.
3. Lex humana obligat cum gravi incommodo, si hoc postulat bonum publicum, vel si transgressio redundaret in contemptum fidei.
4. Lex humana videtur tollere naturalem obligationem, v. g. in contractibus et testamentis initis sine solemnitatibus, in debitis filiorumfamilias, et tunc non adest obligatio solvendi.
5. Possunt apponi impedimenta extrahentia ab obli-

VI. In sua conscribenda Theologia, nullo systemate sive nationali, sive provinciali ligatur.—Sola doctrina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ scopus ejus fuit; cujus definitiones circa doctrinam morum religiose transcribit, quæ passim ab aliis scriptoribus omittuntur.—Eos potissimum refutare contendit, qui saniora morum principia pervertere conati sunt, Jansenistas scilicet, eorumque proscripita systemata; atque priores Ecclesiæ regulas, quas ad amussim sequebantur omnium sæculorum pii æque ac sancti viri, ad praxim deducere satagebat.

VII. Purus oculo, et simplex corde, nec questum temporalem, nec vanam nominis gloriam, nec plausus hominum perquirebat.

VIII. Maximi ejus doctrina morum æstimatur ab iis, qui et odore virtutum, et zelo polent salutis animarum.

IX. In Beatorum numero est relatus illum Theologiam docens, et deducens in praxim. *¿Poteritne ergo damnari, qui ejus vestigia sequatur?*

X. Ex sanctis viris, qui de morali Theologia tractarunt, nullus sicuti Ligorius eam profunde explicavit.

XI. Roma, post iteratum religiosissimum examen, declaravit: in ejus doctrina nihil censura dignum.

XII. In solo Ligorio Theologiæ moralis scriptore, tot et tantæ dotes reperiuntur.

EXCERPTA

EX LIBRO CUI TITULUS:

HOMO APOSTOLICUS,

AUCTORE

BEATO ALPH. M. DE LIGORIO;

SEU SENSU EJUSDEM.

DE LEGIBUS.

1. CONTEMPTUS legis, ut sit mortalis debet esse formalis, qui tunc est, cum aliquis ideo transgreditur legem, quia lex est, et illi non vult subjacere.
2. Lex mixta videtur obligare ad pœnam, et culpam.
3. Lex humana obligat cum gravi incommodo, si hoc postulat bonum publicum, vel si transgressio redundaret in contemptum fidei.
4. Lex humana videtur tollere naturalem obligationem, v. g. in contractibus et testamentis initis sine solemnitatibus, in debitis filiorumfamilias, et tunc non adest obligatio solvendi.
5. Possunt apponi impedimenta extrahentia ab obli-

gatione legis humanæ, non autem impedimenta deobligantia: hinc potest quis licite alio pergere, ne festum servet, et econtra non potest sine justa causa laborem assumere, quo prævidet jejunium impeditum iri.

6. Leges summorum Pontificum obligant post promulgationem Romæ factam eos quibus innotescunt, præsertim si sint appositæ clausulæ, id est: *Ut autem præsentis Litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant.* etc. et alia: *Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis,* etc.

7. Epistolæ Pontificiæ, Responsalia, sive Declarationes non insertæ in Corpore juris, dummodo sint sufficienter promulgatæ, obligant.

8. Decreta S. Congregationis Rituum habenda sunt ut oracula Pontificis; ejus vero Declarationes, ut responsa sapientissimorum virorum. Declarationes aliarum Congregationum, nulli dubium, quod in casibus particularibus, pro quibus fiunt, obligant, ut leges.

9. Lex pœnalis fundata in falsa præsumptione facti non obligat; qui solvit, potest sibi compensare.

10. Pueri non videntur statim post adeptum usum rationis teneri legibus Ecclesiæ; tenentur tamen legi annuæ Confessionis, si mortaliter peccaverint; ex capite: *Omnis utriusque sexus (de Pœnit.)*; etiamsi nondum septimum annum attigerint.

11. Peregrini non tenentur legibus suæ patriæ, nec videntur teneri legibus alterius loci, nisi habeant ibi quasi domicilium; a pari Episcopus non potest dispensare cum illis.

12. Dispensationes a sacra Pœnitentiaria possunt obtineri pro inscio, et invito, modo a Confessario, vel a Consanguineo usque ad quartum gradum.

DE PECCATIS.

1. Numerus peccatorum desumitur ex multiplicitate actuum moraliter interruptorum. Si actus sint mere interni, tot sunt peccata, quot sunt actus consensus voluntatis, nisi procederent ab eodem impetu passionis breviter tantum interrupto. Actus interni circa peccata externa oris et operis moraliter interrumpuntur voluntatis retractatione, et voluntaria cessatione. Actus externi moraliter interrumpuntur, cum non respiciunt aliquem actum completum. Numerus peccatorum desumitur quoque ex diversitate objectorum totalium.

2. Non peccat, qui ex necessitate, et adhibendo media præservativa se exponit periculo peccati mortalis.

I. PRÆCEPTUM.

1. Obligatio eliciendi actus theologiarum virtutum Fidei, et Spei videtur esse saltem una vice in anno; circa actum Caritatis autem videtur adesse obligatio singulis mensibus; nec videtur esse necessarium, ut directe, et explicitè eliciantur, et eo fine, ut præcepto fiat satis, sed videtur sufficere, ut indirectè, et implicitè eliciantur.

2. Adest obligatio fraternæ correctionis, quando speratur fructus.

3. Non est scandalum suadere minus malum ei, qui est dispositus ad majus malum patrandum, si eo fine suadeatur ut majus evitet, quia tunc non suadetur malum, sed bonum. Ita licet domino, aut parenti non auferre occasionem furandi servis, aut filiis, qui

gatione legis humanæ, non autem impedimenta deobligantia: hinc potest quis licite alio pergere, ne festum servet, et econtra non potest sine justa causa laborem assumere, quo prævidet jejunium impeditum iri.

6. Leges summorum Pontificum obligant post promulgationem Romæ factam eos quibus innotescunt, præsertim si sint appositæ clausulæ, id est: *Ut autem præsentis Litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant.* etc. et alia: *Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis,* etc.

7. Epistolæ Pontificiæ, Responsalia, sive Declarationes non insertæ in Corpore juris, dummodo sint sufficienter promulgatæ, obligant.

8. Decreta S. Congregationis Rituum habenda sunt ut oracula Pontificis; ejus vero Declarationes, ut responsa sapientissimorum virorum. Declarationes aliarum Congregationum, nulli dubium, quod in casibus particularibus, pro quibus fiunt, obligant, ut leges.

9. Lex pœnalis fundata in falsa præsumptione facti non obligat; qui solvit, potest sibi compensare.

10. Pueri non videntur statim post adeptum usum rationis teneri legibus Ecclesiæ; tenentur tamen legi annuæ Confessionis, si mortaliter peccaverint; ex capite: *Omnis utriusque sexus (de Pœnit.)*; etiamsi nondum septimum annum attigerint.

11. Peregrini non tenentur legibus suæ patriæ, nec videntur teneri legibus alterius loci, nisi habeant ibi quasi domicilium; a pari Episcopus non potest dispensare cum illis.

12. Dispensationes a sacra Pœnitentiaria possunt obtineri pro inscio, et invito, modo a Confessario, vel a Consanguineo usque ad quartum gradum.

DE PECCATIS.

1. Numerus peccatorum desumitur ex multiplicitate actuum moraliter interruptorum. Si actus sint mere interni, tot sunt peccata, quot sunt actus consensus voluntatis, nisi procederent ab eodem impetu passionis breviter tantum interrupto. Actus interni circa peccata externa oris et operis moraliter interrumpuntur voluntatis retractatione, et voluntaria cessatione. Actus externi moraliter interrumpuntur, cum non respiciunt aliquem actum completum. Numerus peccatorum desumitur quoque ex diversitate objectorum totalium.

2. Non peccat, qui ex necessitate, et adhibendo media præservativa se exponit periculo peccati mortalis.

I. PRÆCEPTUM.

1. Obligatio eliciendi actus theologiarum virtutum Fidei, et Spei videtur esse saltem una vice in anno; circa actum Caritatis autem videtur adesse obligatio singulis mensibus; nec videtur esse necessarium, ut directe, et explicitè eliciantur, et eo fine, ut præcepto fiat satis, sed videtur sufficere, ut indirecte, et implicite eliciantur.

2. Adest obligatio fraternæ correctionis, quando speratur fructus.

3. Non est scandalum suadere minus malum ei, qui est dispositus ad majus malum patrandum, si eo fine suadeatur ut majus evitet, quia tunc non suadetur malum, sed bonum. Ita licet domino, aut parenti non auferre occasionem furandi servis, aut filiis, qui

jam parati sunt ad furandum, ut in delicto comprehensi melius emendari valeant.

4. Cooperatio materialis peccato potest esse licita, 1.º si actus tuus sit ex se indifferens; 2.º si ex officio non tenearis impedire alterius peccatum; 3.º si habeas causam justam, et proportionatam sic operandi, quia quanto actio tua proximior est peccato proximi, eo major debet esse causa, quæ te excuset ad eam ponendam; quando vero talis sit justa, et proportionata pendet a prudentum judicio. Sed non possumus cooperari damno proximi, nisi quando damnum, quod nobis timemus est ordinis superioris.

5. In iis, quæ vanas observationes redolent, quin constet, an effectus sit naturalis, saltem protestatio præcedat cuique diabolico operi nolle consentire.

II. PRÆCEPTUM.

1. Cum justa causa potest quis jurare cum æquivocatione, seu restrictione non pure mentali, id est cum proximus ex circumstantiis potest animadvertere æquivocum; non licet tamen in judicio.

2. Juramentum in favorem tertii implendum est semper ac fieri potest sine peccato. Cæterum omne juramentum intelligitur factum sub sequentibus conditionibus: 1.º si alter acceptaverit, et non relaxaverit; 2.º si non cesset causa finalis, propter quam promisisti; 3.º nisi fiat mutatio notabilis non prævisa; 4.º si superior non impediatur; 5.º si sine gravi damno; 6.º si alter promissis steterit.

3. Si quis dubitet an habuerit voluntatem voto se obligandi, aut an adverterit ad obligationem voti, præsumitur obligatio. Dubitans an voverit, non tenetur;

an impleverit, tenetur. Si pars voti sit impossibilis, debet impleri pars possibilis, si sit divisibilis. Si plura vota sint impossibilia tenetur vovens ad dignius; si æqualia, ad anterius. Qui vovit potest ipse commutare in melius, secus non: potest reassumi prius opus. Valet votum factum: Si occidero inimicum. Potest quis se obligare sub levi in materia gravi, non sub gravi in materia levi. Peccat graviter, qui sine justa causa differt ultra sex menses votum perpetuum.

4. Pro dispensatione causæ sunt: bonum Communitatis, Ecclesiæ, familiæ, subjecti, periculum transgrediendi, difficultas nimia adimplendi, imperfecta de-liberatio, cessatio causæ.

5. Tollitur obligatio irritatione a superiore, relaxatione a Papa, Episcopo, Prælato, (non a Parocho), a confessoris mendicantibus. Excipiuntur vota Religionis, castitatis perpetuæ, et trium peregrinationum, quæ sunt Pontifici reservata; sed in urgente necessitate gravis damni spiritualis aut temporalis dispensant Prælati. Ista eadem quinque vota non sunt reservata, si sint imperfecta, aut disjunctiva.

III. PRÆCEPTUM.

1. Artes liberales diebus dominicis etiam cum lucro permittuntur; item venatio, et piscatio, modo sine nimio labore; item vendere necessaria vitæ iis, qui aliis diebus vix emere possent, saltem statutis horis extra tempus officii divini. Cætera desumenda sunt ex consuetudinibus piorum cujusque loci.

2. Laborantes excusatur *necessitas* ad propriam, et suorum sustentationem; opera quæ interruptionem non patiuntur aut valde urgent; *pietas*, laborando pro

pauperibus, vel ecclesiis, saltem annuente Episcopo; *consuetudo legitima* excusat laborantes. Vix concedatur ad vitandum otium. Tempus pro peccato mortali videtur esse ultra duas horas laborare. Non videtur peccare mortaliter herus, qui decem servis præcipit singulis mediam horam laboris.

3. Cognoscantur conditiones impositæ pro oratoris privatis. Episcopi videntur posse dispensare, ut celebretur in domibus privatis ad tempus, non autem in perpetuum.

4. Excusantur pro omissione Missæ qui custodiunt hominum, greges, rhedarii, molitores, et alii qui magnum detrimentum subirent eam audiendo.

IV. PÆCEPTUM.

1. Peccant filii, qui invitis parentibus ducunt uxores cum *dedecore* familiæ (secus non tenentur obedire in electione status); si non obediant in rebus gravibus et justis.

2. Parentes debent alimenta ministrare etiam illi, qui indigne nupsit, et uxori, si opus sit, et illi qui bona sua dilapidavit.

3. Fratres etiam tenentur alimenta suis fratribus, et dotes sororibus non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate ministrare.

4. Incurrunt excommunicationem, qui puellam impediunt ne ingrediatur monasterium, et profiteatur vitam religiosam; item qui eam adigunt, et cogunt ad illuc ingrediendum, etiam pro educatione, si domi nulla sint pudicitiae pericula, et nullum crimen admiserit.

5. Peccant domini, qui impediunt servos observare præcepta Dei et Ecclesiæ, qui non corripunt peccantes.

6. Peccant servi, qui non impediunt damnum ab extraneis domino inferri, cum possunt, et tenentur ad restitutionem; si vero a domesticis, peccant tantum contra caritatem non impediendo, nisi cura rei ipsis sit specialiter demandata.

7. Peccat uxor quæ bona prioris conjugii filiis inde ortis non servat, de illis enim bonis solus usufructus sibi competit. Tenetur quandoque uxor sequi virum discedentem, vel exulantem.

8. Parochi non residentes (non absint sine licentia Episcopi) vel inutiliter residentes, id est illi qui perse non exercent munera Parochialia principaliora, scilicet concionem, et sacramentorum administrationem, non faciunt fructus suos, saltem fructus respondententes residentiae, sed debent eos applicare Ecclesiæ, vel pauperibus loci, ante quaecumque declarationem, et remota quavis compositione. Parochus tenetur audire Confessiones toties quoties postulatur, et Communionem pariter dare quoties rationabiliter, et opportune expetitur, et curare, ut pueri decennes parentur ad Communionem. Tenetur sub gravi ad ministrandam Extremam unctionem, et quidem, si possit, antequam infirmus sensibus destituatur. Debet offerre missam pro populo diebus dominicis, et festivis, concionari, et quandoque missionem procurare. Debet docere in agris eos, qui ad Ecclesiam venire non possunt; et si hoc Parochus maximæ molestiæ futurum esset, debet curare saltem eos instruere tempore præcepti Paschalis, aut cum accedunt ad suscipiendam Confirmationem, aut ad contrahendum Matrimonium. Parochus rationem Deo reddet pro vicario suo, etiam approbato ab Episcopo. Episcopus, et Parochus tenentur residere tempore pestis, et vel per se, vel per alium ido-

neum sacramenta necessitatis, id est Baptismum et Pœnitentiam ministrare peste laborantibus. Parochi, et eo magis Episcopi tenentur etiam cum periculo vitæ ad corripiendos subditos qui in mortali existunt, aut in gravi periculo labendi in illud, semper ac fulget emendationis spes; et tenentur non solum ex charitate, sed etiam ex justitia, ita ut si in hoc graviter deliquerint, remanent etiam obligati ad restitutionem partis fructuum. Parochus debet invigilare Clericis, et adlaborare, ut Parochiani omnes præcepto Paschali satisfiant, etiam pueri decennes.

V. PRÆCEPTUM.

1. Peccant funambuli qui vitam exponunt.
2. Licet cibum alteri in penuria extrema cedere, tabulam in naufragio, quia aliud est sibi mortem inferre, aliud est omittere vitam tueri, quod est licitum justa intercedente causa. Non videtur improbable, quod virgo possit se exponere mortis periculo, ne violetur. Reus mortis potest scalam ascendere per se ipsum, quia talis actio remote concurrat ad mortem.
3. Nemo, nisi necessarius communitati, tenetur vitam servare mediis valde doloriferis, amputatione tibiarum, extractione lapidis.
4. Virgo non tenetur, sed potest subire manus Chirurgi in verendis, tenetur autem permittere ut curetur ab alia femina.
5. Ebrietas est mortalis, quando quis sciens, et volens in eo statu se ponit, in quo non potest malum, et bonum discernere. Vinum potest sumi tamquam remedium ad expellendos humores, et in tanta quantitate, quæ per se ferat ebrietatem, dummodo talis

ebrietas non intendatur, sed tantum salus. Ebrio imputantur omnia peccata, quæ potuit et debuit prævidere.

6. Judex tenetur sub gravi morte plectendo concedere tempus confitendi peccata.

7. Licet injustum aggressorem occidere, modo non inferatur majus damnum illo, quod necesse est ad vitandum proprium. Licet occidere furem rei magni momenti suæ, vel alterius, modo fur ante moneatur. A fortiori licet, cum aliud non superest, occidere aggressorem suæ, vel alterius pudicitia.

8. Innocens potest tradi pro bono communi hosti eum occisuro. Non licet subditis tyrannum, sive in titulo, sive in regimine occidere.

9. Abortum procurare ex proposito semper est illicitum, sed non excommunicantur, nisi post animationem certam, omnes, qui principaliter concurrunt, et fiunt irregulares. Mater potest sumere medicinam directe ad medendum morbo, licet cum periculo abortus fetus inanimati, cum morbus est mortalis; directe non potest expellere fetum etiam inanimatum. Si autem fetus sit animatus, idem potest mater in casu, quod nulla spes affulgeat de vita, et baptismo proles post mortem matris, (quæ spes valde rara est).

10. Duellantes, testes ad hoc vocati, consulentes, faventes, excommunicantur excommunicatione reservata summo Pontifici, si duellum est notorium, et ad forum deductum; si non est notorium, nec ad forum deductum, etiam Episcopi possunt ab ea absolvere. Tales pœnæ non incurruntur, nisi ex duello stricte accepto, id est præmeditato cum designatione loci, et temporis, et tunc incurruntur etiam duello non secuto.

VI. PRÆCEPTUM.

1. In luxuria non datur parvitas materæ, si adsit advertentia et consensus, unde extra matrimonium mortales sunt omnes tactus ob delectationem carnalem exerciti.

2. Mulieri oppressæ tutius est consulere ut clamet, potius mortem pati vi repellendo aggressorem, quam sui violationem permittere.

3. Interrogandum de aspectibus, picturis, verbis, comædiis, choreis, libris, colloquiis; et in desiderijs, et actionibus distinguantur personæ.

4. Non est obligatio impediendi pollutionem de se evenientem in somno inceptam et in vigilia consummatam, modo absit consensus in delectationem, et ejus proximum periculum ex præterita experientia timendum. Semper tamen expedit, ut homo conetur impedire, quantum potest, saltem avertendo mentem ab illa delectatione, et invocando nomina **JESU** et **MARIE**. Non peccat graviter, qui semidormiens delectatur de pollutione incepta, quia deest plena advertentia. Vitandæ sunt in hac materia causæ non necessariae, cavendo a consensu in necessariis, et si sæpius adfuerit consensus, neque affulgeat emendationis spes prudens, etiam cum periculo vitæ, status relinquendus est.

VII. PRÆCEPTUM.

1. Ad præscriptionem requiritur: 1.º bona fides; 2.º titulus saltem præsumptus; 3.º possessio continuata sine lite, et tempore requisito; 4.º ut res sit apta præscribi. Hæres possessoris malæ fidei numquam præscribit.

2. Ut quis utatur licite compensatione occulta requiritur: 1.º ut fiat sine damno debitoris; 2.º ut creditum sit certum, et liquidum; 3.º ut satisfactio alio modo obtineri non possit, quare creditor debet prius in judicio postulare, quamquam si hoc negligatur, non erit peccatum grave, imo nec leve si via judiciaria sumptus exigat.

3. Furtum est injusta rei alienæ ablatio, invito rationabiliter domino.

4. Furta minuta etiam diversis facta, quando præter primam intentionem ad grave creverunt, obligant sub gravi ad restitutionem ratione injustæ detentionis, et quia præceptum non furandi non solum obligat ne grave damnum inferatur proximo, sed etiam ne quis re aliena ditescat. Pro talibus furtis, qui sine gravi incommodo non potest restituere dominis, restituat pauperibus loci, damnum enim est illatum Reipublicæ.

5. Qui simul, sed sine communi consilio, furantur parvam materiam, licet malo exemplo sibi sint, et fiat grave damnum domino, peccant graviter contra charitatem ratione scandali, sed non contra justitiam, proindeque singuli non tenentur sub gravi ad restitutionem partis ablatæ, quia, ut supponitur, materia est levis; non tenentur singuli ad totum, quia non violaverunt justitiam.

6. Uxor potest invito marito dare filiis primi matrimonii de bonis communibus, et etiam viri quantum sufficit, ut juxta eorum statum vivant (sed debet facere ut post mortem suam data compensentur filiis secundi); item de istis bonis potest dare necessaria parentibus, fratribus, pauperibus; aliis vero modicas elemosynas.

VI. PRÆCEPTUM.

1. In luxuria non datur parvitas materæ, si adsit advertentia et consensus, unde extra matrimonium mortales sunt omnes tactus ob delectationem carnalem exerciti.

2. Mulieri oppressæ tutius est consulere ut clamet, potius mortem pati vi repellendo aggressorem, quam sui violationem permittere.

3. Interrogandum de aspectibus, picturis, verbis, comædiis, choreis, libris, colloquiis; et in desiderijs, et actionibus distinguantur personæ.

4. Non est obligatio impediendi pollutionem de se evenientem in somno inceptam et in vigilia consummatam, modo absit consensus in delectationem, et ejus proximum periculum ex præterita experientia timendum. Semper tamen expedit, ut homo conetur impedire, quantum potest, saltem avertendo mentem ab illa delectatione, et invocando nomina **JESU** et **MARIE**. Non peccat graviter, qui semidormiens delectatur de pollutione incepta, quia deest plena advertentia. Vitandæ sunt in hac materia causæ non necessariae, cavendo a consensu in necessariis, et si sæpius adfuerit consensus, neque affulgeat emendationis spes prudens, etiam cum periculo vitæ, status relinquendus est.

VII. PRÆCEPTUM.

1. Ad præscriptionem requiritur: 1.º bona fides; 2.º titulus saltem præsumptus; 3.º possessio continuata sine lite, et tempore requisito; 4.º ut res sit apta præscribi. Hæres possessoris malæ fidei numquam præscribit.

2. Ut quis utatur licite compensatione occulta requiritur: 1.º ut fiat sine damno debitoris; 2.º ut creditum sit certum, et liquidum; 3.º ut satisfactio alio modo obtineri non possit, quare creditor debet prius in judicio postulare, quamquam si hoc negligatur, non erit peccatum grave, imo nec leve si via judiciaria sumptus exigat.

3. Furtum est injusta rei alienæ ablatio, invito rationabiliter domino.

4. Furta minuta etiam diversis facta, quando præter primam intentionem ad grave creverunt, obligant sub gravi ad restitutionem ratione injustæ detentionis, et quia præceptum non furandi non solum obligat ne grave damnum inferatur proximo, sed etiam ne quis re aliena ditescat. Pro talibus furtis, qui sine gravi incommodo non potest restituere dominis, restituat pauperibus loci, damnum enim est illatum Reipublicæ.

5. Qui simul, sed sine communi consilio, furantur parvam materiam, licet malo exemplo sibi sint, et fiat grave damnum domino, peccant graviter contra charitatem ratione scandali, sed non contra justitiam, proindeque singuli non tenentur sub gravi ad restitutionem partis ablatæ, quia, ut supponitur, materia est levis; non tenentur singuli ad totum, quia non violaverunt justitiam.

6. Uxor potest invito marito dare filiis primi matrimonii de bonis communibus, et etiam viri quantum sufficit, ut juxta eorum statum vivant (sed debet facere ut post mortem suam data compensentur filiis secundi); item de istis bonis potest dare necessaria parentibus, fratribus, pauperibus; aliis vero modicas elemosynas.

7. Valde cavendum est, ne obligentur ad restituendum ii qui non tenentur. Possessor præcipue bonæ fidei non debet cogi ut se privet bonis suis, nisi constet eum injuste possidere alienum.

DE RESTITUTIONE.

8. Restitutio est actus justitiæ (læsio contra caritatem non inducit obligationem restitutionis) commutativæ (non sufficit, si lædatur legalis, aut distributiva) quo reparatur damnum proximo illatum per injuriam. Radices illius sunt ex injusta acceptione et damnificatione, ex injusta retentione, et ex obligatione contractus.

9. Ob solam culpam juridicam nemo tenetur in conscientia ad restitutionem sub gravi, nisi adsit culpa theologica gravis. Hinc, qui non intendit, nec prævidet damnum proximi, saltem in confuso, licet det operam rei illicitæ, non tenetur ad restituendum. Hinc pariter, qui ex indeliberatione actus, aut ex deficientia perfecti consensus, leviter tantum peccat afferendo grave damnum proximo, neque sub levi tenetur illud reparare.

10. Non videtur sufficere culpa juridica, ut teneatur quis in conscientia ad restituendum aut solvendum ratione contractus, aut officii, nisi constet contrahentem voluisse se subjicere soli culpæ juridicæ.

11. Comprehenduntur sequentibus versibus omnes qui tenentur ad restitutionem:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

1. ° *Jussio.* Qui jussit expresse, aut tacite damnum, et ante executionem non revocavit.

2. ° *Consilium.* Qui consilium dedit tenetur ad res-

titutionem sub gravi, si dando consilium peccavit graviter, et materia sit gravis; non autem sub gravi, si tantum leviter male consulendo peccavit; tenetur tamen postea ex justitiâ facere quantum potest sine suo gravi incommodo, ut impediatur damnum. Si autem executor, secluso consilio jam paratus esset ad damnum, et consilium eum non movisset, non tenetur consulens; si autem dubitatur, an consulens fuerit causa damni, et non sit aliqua certitudo, ad nihil tenetur, et idem dicendum de quolibet alio cooperatore in dubio suæ cooperationis.

Non tenetur ad restitutionem qui parato ad damnum inferendum suadet tantum modum, aut tempus, quia non influit in substantiam damni; quoties tamen dubium est an executor voluntatem mutasset, aut dubium est, an damnum dempto tali consilio æque accidisset, tenetur consilium dans ad restitutionem, nam possidet pravum consilium, quod jam suum certum effectum assecutum est, secus si moraliter esset certus quod damnum sine suo consilio etiam evenisset. Illi, qui paratus est inferre damnum majus, potest suaderi minus, modo sit erga eandem personam.

Consulens non tenetur ad restitutionem, si ante executionem conetur meliori modo possibili dissuadere, et partem admoneat ut caveat ne inferatur damnum; ratio est, quia consilium est mere auctoritativum. Si autem consulens non simpliciter damnum consuluit, sed etiam modum illud exequendi suggestit, non videtur sufficere ad eum excusandum a restitutione, si meliori modo illud revocare conetur, quia modus suggestus etiam revocato consilio pergit efficaciter influere in damnum proximi; gravissimi tamen auctores dicunt sufficere.

Non tenetur qui ex ignorantia culpabili aliquid suadet alicui in illius damnum, si suadens non habetur pro perito in hac parte, modo non agat ex animo pro nocendi; secus si peritus haberetur in suo officio advocati, etc.

3.º *Consensus.* Qui injuste suffragium dat, et causat damnum, tenetur; secus si ex ultimis sit, et non causaverit, modo ex communi consensu in conclusionem injustam non convenerit. Cum quilibet suffragium ferentium non est certus, an proprium votum fuerit causa damni, quilibet tenetur pro sua rata ad restitutionem, et si alii non restituant, ad totum, quia quilibet suffragium ferentium est certus, saltem deterius fecisse jus, quod damnum patiens habebat ad recuperandum ab aliis suffragatoribus damnum acceptum, ideoque quilibet tenetur ad totum damnum, si alii non restituant.

4.º *Palpo.* Adulator qui animum addit laudando determinationem repertam in alio ferendi damnum proximo suo, aut abjectionem exprobrando.

5.º *Rekursus.* Qui furem, aut furta in tuto recipit, tenetur semper ac est causa furti facti, aut faciendi; excepto caupone, qui post furtum adjuvat furem ad fugiendum, aut hospitaliter eum recipit, ex officio, aut amicitia, modo propter hoc non sit causa furtorum faciendorum.

Emptor, etiam malæ fidei, rei furtivæ potest eam restituere furi ad recuperandum id quod solvit, quia mala fides fecit utique quod emens peccaverit, sed mala fides non potest ei tollere jus quod habet æque ac emptor bonæ fidei ad rescindendum contractum, et per consequens ad reddendam rem furi.

6.º *Participans,* vel participat de furto, et tenetur

ad illam solam partem quam recipit, modo non fuerit causa damni ab aliis, illati, nam tunc teneretur ad totum; vel participat actioni furti, et tunc, si res sit divisibilis, ut frumenti acervus, motor principalis tenetur ad totum, reliqui tantum ad suam partem, licet ex communi consilio furentur, modo (excipiendum) alter non moveat, aut exeitet animum alterius ad furandum, et idem dicendum si quolibet non concurrente furtum non fieret, nam tunc omnes tenerentur in solidum: si autem res sit indivisibilis, ut cum multi incendunt domum, videtur etiam tunc singulos teneri ad solam suam partem, modo quis alios non excitaverit, et sine ejus concursu res etiam evenisset, nam excitans tenetur ad totum; et pariter, si deficiente uno cooperantium damnum non evenisset, tunc (ut dictum est) quilibet teneretur ad totum.

Si quis timore gravis damni inductus cooperatur in alterius damnum, teneturne ad restitutionem? peccatne? Distinguendum: quoad damnum, nemo potest cooperari ad damnum alterius, ut liberetur a sibi minato si non cooperetur, quando damnum est ejusdem ordinis; hinc etiam cum periculo mortis meæ, teneor denegare gladium volenti occidere inimicum; secus si damnum meum esset altioris ordinis, nam tunc possum cooperari in damnum v. g. bonorum alterius, ut effugiam mortem, aut infamiam, quia tunc existo in extrema necessitate, et dominus esset irrationabiliter invitus, si repugnaret meæ cooperationi. Quoad peccatum furis, ut avertam a me mala altioris ordinis, puta mortem, aut infamiam, possum ponere actiones pure materiales, ex se indifferentes, ut tradere claves, scalam tenere, vehere furta, nec pecco, nec ideo ad restitutionem teneor, quia revera istæ actiones sunt mere

materiales, et sine peccato exerceri possant, et per accidens est, quod fur eis abutatur; sed nec metu mortis possum ponere actiones *intrinsece malas*, id est, quæ augment, vel confirmant pravam furis voluntatem, ut servare ei humeros, eum certiozem facere de modo magis commodo furandi.

Non tenetur ad restitutionem, qui impedit alium, qui vellet avertere damnum proximi, si impediatur solo consilio, aut precibus, quia violat charitatem, et non justitiam; secus si vi, aut fraude. Si autem impediens teneretur ex justitia avertere damnum illud, tunc teneretur ad restitutionem, etiamsi solis precibus, aut consilio impediret.

7. *Mutus, ect.* Illi, qui cum possint impedire, et hoc debeant ex pacto, vel officio, id negligunt, ut Principes, judices, duces, tutores, pastores, satellites, servi quoad damnum ab externis. (*Vide de Confessariis*).

12. Circa ordinem inter obligatos, tenentur restituere 1.º loco, qui retinet rem; 2.º mandans, si res non existit; 3.º executor; 4.º cæteræ causæ positivæ, ut consiliator, participans; 5.º causæ negativæ.

13. Si creditor remittit restitutionem damnificanti principali, censetur remittere et aliis; præterea si promittat uni ex principalibus eum non molestare, censetur totam illius portionem remisisse, et alii de ea non tenentur.

14. Tenentur quoque ad restitutionem, qui impediunt proximum a consecutione alicujus boni ipsi debiti ex justitia, et tenentur, quocumque modo illum impediunt; si autem res ei non debebatur ex justitia, tenentur tamen, qui vi aut fraude impediunt, et tenentur pro modo spei, quam habebat; nam etsi proximus non habeat jus ad illam rem, nihilominus quisque ha-

bet jus, ne malis artibus impediatur quo minus aliquid bonum, quo non est indignus consequatur; si malis artibus non sint usi, sed tantum consilio, non tenentur. Hinc non tenetur ad restitutionem ille, qui odio, sed sine malis artibus impedit proximum a consecutione alicujus boni, quod cæteroquin ei juste non erat debitum, quia ad restitutionis obligationem sola mala voluntas non sufficit, sed requiritur insuper actio externa graviter mala quæ de se externe jus proximi lædat, et influat in ejus damnum; hinc infertur etiam non teneri ad restitutionem illum, qui odio, (sed sine dolo, et vi) dehortaretur testatorem a relinquendo hæreditatem alicui, qui cæteroquin ad eam jus non habebat.

15. Circa restitutionem, et modum, si dominus sit absens, rem (sumptibus domini) mittat ei possessor bonæ fidei, male autem sumptibus propriis, nisi duplo majores essent, quam valet res, nam tunc sententia communis eum obligat tantum, ut restituat pauperibus, et hoc intelligitur, cum desperatur posse alio tempore restitui res, aut pretium domino, quia aliter expectandum est.

16. Si bona fide emas, postea vendas rem furto ablatam, et demum verus dominus compareat, et rem sibi vindicet de manibus tui emptoris, teneris restituere pretium emptori. In tribus tamen casibus emptor nequit repetere pretium: si expresse convenisses de non restituendo, aut ditior non esses factus ex ea venditione (v. g. si consumpsisses bona fide pretium in donationes), aut emptor emisset mala fide a te, quia tunc in pœnam sui delicti (quoties tu expresse eum non cavisses de evictione) non potest suum pretium prætere; sed advertendum etiam quod tunc tu in

conscientia teneris pretium illi restituere, et ante sententiam. Si autem dominus rem suam non vindicaverit, sed res remaneat in manibus emptoris, ad nihil teneris, quia jam non es causa, ut dominus privetur re sua, nec contra teneris efficere eum gravi tuo incommodo, ut dominus eam recuperet. Si dominus rei sit incertus, sed constet eam pertinere ad unum ex tribus, aut quatuor, inter istos dividenda est, nec pauperibus distribui potest. Si pertineat ad multos ex aliqua Communitate, qui distingui non possunt, pauperibus tribuetur illius Communitatis. Si res detur pauperibus ante diligentiam factam ad inveniendum dominum, eidem postea comparenti iterum restituatur. Si mercator deceperit in pondere, compenset iis qui ejus officinam frequentant. Si dominus sit non solum absens, sed omnino incertus, cum solo Papa potest fieri compositio, ex qua liber remanet debitor, licet postea compareat dominus, nam in eo casu Pontifex, ut administrator bonorum temporalium, quatenus spectant ad bonum spirituale, potest transferre dominium et tollere obligationem.

17. Possessor bonæ fidei tenetur restituere rem tantum, si existat, aut, si cum sua confusa est, id solum in quo factus est ditior, in dubio an factus sit ditior, ad nihil tenetur, quia in dubio nemo tenetur re sua privari. Attamen qui bona fide accepisset pecuniam a fure, teneretur eam domino postea comparenti reddere. Certus de debito, dubius de solutione, tenetur solvere. Si autem possessio sit dubia, et possidens neglexerit inquirere, tenetur pro rata dubii. Fructus naturales et civiles debent integre (demptis expensis) restitui; sed possessor bonæ fidei ad nihil tenetur, si nihil perceperit, aut ditior non est factus, aut præscrip-

sit, dum possessor malæ fidei debet integre fructus restituere, quamvis eos non perceperit, si dominus eos percepisset; idem et eodem modo de fructibus mixtis. Ille qui pecuniam, frumentum, etc. accepta etiam mala fide a fure, ea miscuit cum suis, non teneretur restituere, si fur remanet potens restitutioni, secus tenetur.

18. Possessor malæ fidei reddat rem, totum id in quo factus est ditior, totum detrimentum illatum domino ob lucrum cessans, damnum emergens, saltem in confuso prævisum; sed hoc intelligitur cum dominus habebat jus in re, nam si tantum habebat jus ad rem, satisfaciatur pro rata spei. Si res crescit, domino crescit, et licet dominus eam ante incrementum consumpisset, tenetur possessor malæ fidei domino eam compensare cum incremento, quia cum creverit valor rei in domini beneficium et cum fur non restituerit tunc, mora culpabilis furis fuit causa damni. Semper querendum est quid dominus egisset cum sua re. Convenit ut dominus reddat furi expensas utiles in re factas, licet fur non possit eas expetere. Si res perit sine furis culpa, et eodem tempore ac periculo in quo periisset apud dominum, fur ad nihil tenetur.

19. Qui se simulat pauperem, tenetur ad restituendam eleemosynam domino, aut pauperibus.

20. Qui emit rem a venditore cum dubio an ad ipsum pertineat, et deinde adhibita diligentia veritatem detegere nequit, tenetur eam pro rata dubii restituere, aut ei cujus dubitat rem esse, aut pauperibus.

21. Fraudans gabellas videtur teneri ad restituendum, nisi vehat res proprio usui destinatas, aut adeo pauper sit ut solvendo gabellas nequiret se et suos sustentare.

22. Homicida tenetur restituere omnia damna illata in bona occisi, expensas curationis, et hæc tenetur reddere tam hæredibus necessariis quam non necessariis. Lucrum autem cessans quoque filiis, parentibus et uxori occisi, juxta valorem spei quam verosimiliter defunctus habebat lucrandi, nisi tamen vulneratus hæc omnia ante mortem remisisset. Hæredes occisi possunt hæc restitutiones exigere ab hæredibus interfectoris supplicio affecti, sed si non exigant censentur eas remittere.

23. Qui volens interficere inimicum ex errore interficit alium, non tenetur ad damna, nam pro restitutione damni illati non sufficit quod actio externa sit moraliter injusta, et injuriosa, sed requiritur quod sit voluntarie injuriosa in offensum. Econtra incurritur excommunicatio canonis ab eo qui volens percutere unum clericum, percutit alium clericum, quia excommunicatio incurritur non ob personæ, sed status læsionem, qui est idem in utroque. Non tenetur homicida ad damnum quod tertio evenit, cui suum homicidium fuit imputatum, licet illud animadverterit, et intendit, quia prava intentio sine actione externa graviter injusta in damnum patientem non obligat ad restitutionem. Hoc tamen intelligitur modo homicidium non fiat cum talibus circumstantiis, ut moraliter inducant imputationem prædictam, quia tunc jam adesset actio externa et injusta.

24. Qui occidit inimicum excedendo justam defensionem, tenetur ad restitutionem damni, quia excedendo gravem injuriam intulit inimico, qui ex sua aggressionem non amisit jus quod habebat ad vitam suam.

25. Deflorator, cum puella sponte consentit, ad nihil tenetur. Si autem vi, fraudibus, minis defloret,

tenetur reficere puellæ et patri damna, eam dotando, aut dotem augendo, aut ducendo, nisi prius fuerit corrupta, aut æque bene nuberet. Quod si intercesserit promissio matrimonii, etiam ficta, tenetur eam ducere, quia fuit contractus do ut des, et in talibus contractibus, cum unus præstet suam partem, alter licet fecte promiserit, tenetur pariter ex justitia præstare suam. Sed quoad forum externum, expediret si Episcopi et Magistratus irritas declararent omnes istas promissiones, quæ scriptis validis non constarent. Limitatur obligatio ducendi in tali casu; 1.º si mulier faciliter potuit animadvertere deceptionem, ob magnam differentiam status, quia tunc merito præsumitur, quod mulier finxit se decipi, sed revera non est decepta, et tunc neque tenetur vir ad damnum reparandum; 2.º si ex matrimonio pessimus timeretur exitus, tunc solum teneri videtur deflorator ad dotem, seu ad augmentum dotis; 3.º si mulier remitteret promissionem; hæc remissio valet etiam repugnantibus parentibus, et hæc obtenta, ad nihil tenetur deflorator; 4.º si dedecus magnum esset pro familia viri, tunc neque ad eam ducendam, neque ad eam dotandam teneretur, licet promissio quæ intercessit fuisset vera, quia fuisset de re illicita; 5.º si tactus tantum adfuisset; 6.º si vir puellam putabat esse virginem, sed corruptam invenisset; 7.º si puella recusaret huic viro nubere, ille ad nihil teneretur. Deflorator non tenetur ad ducendam puellam, quando nulla promissio intercessit, nisi nulla alia via esset qua damnum repararet, ut dotatio, aut dotis augmentum. Si deflorator promittens habeat votum castitatis, vel si defloret consanguineam, tenetur conari, ut obtineat dispensationem.

26. Adultera tenetur conari, ut reparet damnum fi-

liis legitimis, proventum ex susceptione spurii cum suis bonis, aut industriis. Ordinarie non tenetur prodere suum delictum, cum periculo mortis, infamiae, vexationis a viro, nisi spurius perditis moribus deberet succedere in principatum, quia tunc bonum publicum praevalet bono privato. Tenetur se prodere spurio filio, si probabiliter speret illum sibi crediturum, et bonis cessurum, et tenetur usque dum non est certa quod damna sibi pendentia ex manifestatione sunt valde graviora damnis, quae ex suo silentio filiis legitimis impendent. Attamen spurius non tenetur credere matri, nisi indicia sint indubia. Adulter tenetur compensare legitimis hereditatem, et expensas omnes necessarias, etiam alimenta, pro spuris factas. Si dubitet an proles sit sua, an viri, ad nihil tenetur; item si dubitetur inter duos adulteros cujus sit proles: debet tamen excipi casus, quando secundus adulter advertisset, quod suo peccato sit ipse causa incertitudinis, ne dignoscatur cujus sit proles, qua incertitudine posita, non potest postea exigi damnum a primo adultero, ideoque hic secundus remanet obligatus ad totum damnum. Non videntur teneri adulteri divites, qui prolem mittunt ad hospitali, ut expensas hospitali compensent, quia hospitalia principaliter videntur erecta ad cautionem filiorum ex illegitimo consortio natorum, et ad eos liberandos a periculo mortis temporalis et aeternae, si parentes deberent suis impensis eos alere.

27. Non absolvatur ille qui potest nunc restituere, nisi prius restituerit. Si autem alii committat restitutionem, qui eam non exequatur, debitor manet obligatus.

28. Quoad ordinem in restituendo, res quae existunt

debent domino, aut eo deficiente et suis haeredibus, pauperibus restitui; debita onerosa ante gratuita; in onerosis autem 1.º prius ea quae habent hypothecam expressam; 2.º quae habent hypothecam tacitam, et inter haec praeferenda sunt uxorum dotes; 3.º deposita deperdita; 4.º debita pupillis, locis piis; 5.º personalia. Omnibus creditoribus, licet hypothecariis praeferatur ille qui pecuniam dedit ad rem emendam, ad domum reparandam, ad agrum colendum. Si debita sint alia ex delicto, et alia ex contractu, omnibus pro rata satisfiat, nisi res existat, aut adsit hypotheca, nullum enim habetur fundamentum ex lege aliqua quod inter creditores ex delicto, aut ex contractu distinctio facienda sit.

29. Debita quorum certus est dominus, aequae ac ea quorum dominus est incertus, debent pro rata restitui, prima domino, secunda pauperibus, quia eodem modo ad hanc restitutionem obligat lex naturalis. Inter creditores personales praeferendi sunt anteriores et pauperes saltem in gravi necessitate constituti. Si quis e creditoribus personalibus aequalibus suum creditum efflagitat, debitor tenetur ei satisfacere, quia leges favent vigilantibus. Si autem nullus creditorum exigit, non potest debitor (impotens satisfaciendo omnibus suis creditoribus) arbitrio suo uni integre satisfacere, nec creditor posset integram sibi factam solutionem retinere. Filii et uxor habent semper jus ad alimenta, et possunt ea recipere a patre, quantumvis aere alieno gravato, (dummodo non habeant unde aliunde vivant); imo uxor a tali marito potest recipere alimenta, licet eis non indigeat. Mercedem autem operariorum pro usibus necessariis debitoris debent etiam creditis hypothecariis praeferi.

30. Si ex justa causa differatur restitutio, fur tenetur ad totum damnum reficiendum quod creditor passus est ex tali dilatione, sed non peccat ex dilatione. Secus contractans. Causæ autem excusantes a restitutione sunt 1.º si solvis creditori creditoris tui; 2.º si juste præsumas dominum consentire ut rem sumas, aut acceptam retineas; 3.º si dominus re abususset, ut gladio ad occidendum inimicum; in tali casu debes gladium denegare etiam cum periculo mortis tuæ ut dictum est pag. 15); 4.º si in damno non peccasti mortaliter; 5.º si cum Papa composuisti, aut tibi ipsi pauperi rem attribuisti; 6.º si restituere nequires rem, sine damno tuo duplo excedente valorem rei; nam tunc potes differre, modo dominus æquale damnum non patiat; pro omissione autem lucri nunquam potest restitutio differri; 7.º si non possis restituere sine periculo animæ tuæ, vel tuorum, v. g. quin filia tuæ prostitutionis periculo exponatur; 8.º si cedas bonis tuis, retinendo quantum satis est ad sustentationem juxta statum tuum; 9.º si restituendo vitam statui, tuo accommodatam non possis ducere, statui, inquam, legitime acquisito; 10.º a fortiori si necessitatem extremam restituendo incurreres, nisi tamen ipse dominus rei ex illo particulari furto in eadem necessitate poneretur; et idem dicendum est, si uterque gravem necessitatem experiretur, nam in his duobus casibus dominus est præferendus.

31. Debitor donans creditori immemor sui debiti, excusatur a restitutione, modo certe præsumatur debitorem, si debiti fuisset memor, numquam fuisse donaturum. Idem dicendum de adimplerione voti et penitentiae sacramentalis.

DE CONTRACTIBUS.

32. Qui contrahit externe sine animo contrahendi, non obligatur, nisi agatur de contractu oneroso, et alter partem suam adimpleverit.

33. Contractus turpes, v. g. fornicationis, ante delictum, sunt irriti et non obligant, sed eo patrato videntur obligare, tum ratione supra allata, quod cum unus contrahentium partem suam posuit, alter tenetur præstare suam, tum etiam quia opus malum jam positum, licet non sit dignum pretio uti malum, est tamen æstimabile, uti utile uni, et onerosum alteri id ponenti.

34. Contractus dolo aut errore circa substantiam initus est invalidus; si autem error sit tantum circa qualitatem rei, et talis error contractui causam non dederit, est validus, sed pars læsa habet actionem ad rescindendum. Contractus metu gravi et injuste incusso initi possunt rescindi, etiam sine judice: sunt autem omnino invalidi, si versentur circa sponsalia, matrimonium, professionem religiosam, vota, promissionem, aut traditionem rei ad Ecclesiam pertinentis, absolutionem a censuris, etc.

35. Si contractus celebretur sine debitis solemnitatibus, alii affirmant, alii negant eum obligare; videtur quod cum tale sit dubium, præferendus sit possessor, quamdiu à judice non condemnatur ad restituendum.

36. Simplex promissio non obligat sub gravi, nisi adfuerit talis expressa voluntas; numquam obligat, si res reddatur nimis nociva, aut impossibilis, aut illicita, aut inutilis, aut si superveniat mutatio notabilis quæ promissionem impediisset.

37. Qui accipiunt aliquid ab homine ære alieno gravato, impotente ad solvendum, tenentur illud restituere creditoribus donantis. Examini subjiciantur donationes inter conjuges, aut filiosfamilias a parentibus factæ.

38. Donatio ante acceptationem nullam obligationem parit, et potest revocari, nisi facta sit infanti, vel directe Deo, quia tunc induit naturam voti.

39. Donatio prodiga non est valida.

40. Donatio inter vivos potest revocari ob enormem ingratitude[m] donatarii, et in quibusdam casibus ob prolem ortam donanti.

41. Videtur nunquam licitum esse hædere legitimam filiorum donationibus etiam piis, quia leges civiles debent observari, ubi a jure canonico non sunt correctæ.

42. Donationes causa mortis, usque ad mortem sunt revocabiles; si fiant absenti, debent adesse testes, aut epistola.

43. Filiosfamilias non habentes bona castrensia, aut quasi castrensia, in conscientia non tenentur restituere pecuniam mutuo acceptam, (excipe si juramento se obligassent ad restitutionem; quod juramentum cæteroquin potest à superiori ecclesiastico relaxari); sed in casu quod sciente et non contradicente patre accepissent, aut si mutuum in patris utilitatem fuisset expensum, tunc teneretur pater ad restitutionem. Hoc autem quod dictum est de pecunia, non tæque procedit pro re mutuo a filiofamilias accepta.

44. Mutuum dando debet abesse spes lucri, et nihil accipiendum est, nisi omnino gratis detur.

45. Potest aliquid ultra sortem exigere qui se obligat ad non repetendum mutuum, nisi post plures annos, v. g. post tres aut quatuor annos, quia talis obli-

gatio est extrinseca mutuo, adeoque pretio estimabilis, aliquid tempus enim est intrinsecum mutuo, sed non adeo longum. Tituli ad accipiendum sunt: 1.º damnum emergens; 2.º lucrum cessans, modo non postuletur totum lucrum speratum, sed pro rata spei, deductis expensis, mutuatarius moneatur de lucro cessante, et ejus causa, et mutuum sit vera causa damni, aut cessationis lucri; ut licite autem aliquid ultra sortem paciscatur, non exigitur ut paratæ sint occasiones lucrandi, sed sufficit ut sint probabiles, et non petatur ultra spem; 3.º periculum extraordinarium amittendi sortem, quando non datur cautio; 4.º pœna conventionalis, si non solvetur tempore præscripto, modo dilatio sit notabilis, et culpabilis, et pœna sit moderata, et non sit imposita fine lucrandi, sed solum ad reddendum vigilem mutuatarium ut restituat tempore præfinito, et mutuatarius se non obligaverit ad impossibile. Si detur pignus, non potest retineri defectu solutionis, nisi cum prædictis conditionibus, id est nisi pignus habeatur, ut pœna conventionalis, et conditiones ejus in ipso verificentur. Denique omne onus quod imponitur in mutuo dignum pretio est usura. Insuper videndum est, an res mutuata possit, aut debeat crescere aut decrescere pretio tempore quo mutuatarius eam reddet, et si hoc tempus fuit in pactum deductum; non enim carere usura, si probabiliter res tali tempore esset subitura augmentum, et mutuans non fuisset dispositus usque ad tale tempus eam asservare, quia manifestum est quod lucrum supra sortem quæreret, et data tali probabilitate, etiamsi dispositus fuisset ad tale tempus rem suam asservare, deberet compensare mutuatario expensas ad illam asservandam necessarias.

46. Hæredes usurarii non videntur teneri in solidum, sed quisque pro sua rata. Servi cooperantes in aliquo quod mutuatorio non displicet, ut in deferendo pignore, aut pecuniam, aut in efflagitando amicis verbis usurarum solutionem, excusantur à restitutione, modo non firment chirographum, aut minis cogant ad solutionem.

47. In venditione quælibet res habet suum pretium infimum, medium, et supremum, quorum quodlibet est justum. Communis existimatio regionis ubi res existit reddit justum quodecumque pretium; augetur, vel minuitur juxta ementiam concursum, et mercium penuriam. Si in pretio adsit læsio ultra dimidium, læsa pars potest rescindere contractum in judicio; sed si infra dimidium, altera pars tenetur etiam in conscientia ad damnum reficiendum usque ad pretium justum. Potest emi minoris res emptori minus comoda. Merces ultroneæ decrescunt pretio usque ad tertiam partem. Qui emit multa simul, potest emere minoris infimo. Qui vendit minutim potest carius vendere, ratione majoris incommodi et majoris detrimenti. Venditor non potest vendere majori pretio quam supremo, ex eo quod res esset utilis, aut in nimio desiderio emptori; sed potest aliquid supra supremum exigere, si alii interveniant tituli, nimirum 1.º si venditio fuit eum venditoris damno, aut lucro cessante, de hoc admoneatur emptor, et illud licet adsit taxa pretii, et venditor ipse offerat vendere; 2.º si venditor peculiari animo erga rem quam vendit affectus sit; 3.º si res sint raræ, ut gemmæ, picturæ et id genus, et hujusmodi res probabile est posse vendi quanti plurimi. Quæ veneunt sub hasta, aut circumferuntur possunt vendi et emi quocumque pretio, modo absit

fraus, sive a vendente, si rei vitium celaret, aut fictos emptores introduceret, sive ab emptore, si dolo, minis et precibus importunis (non autem precibus simplicibus) impediret alios offerentes; nec videtur emptorem posse cum aliis conventionem facere ne plus offerant, pro rebus quæ veneunt sub hasta, maxime si res exponantur ex judicis sententia, qui cum vendens teneatur tunc res dare plus offerenti, injuriam ei irrogat emptor, si offerendo pretium infimum aut etiam medium impedit eum quominus speret medium aut supremum ad quod habet jus, nimirum ne impediatur illud consequi.

48. Præcise ob dilationem vel anticipationem solutionis non potest augeri nec minui pretium, nisi sit titulus periculi, damni, lucri cessantis, de quibus semper moneatur emptor. Mercatores carius vendentes pecunia exspectata, potest excusare titulus communis existimationis, quæ probabiliter reddit justum pretium hujusmodi venditionum dilatæ solutionis, et quia in illis semper inest periculum amittendi sortem; et idem dicendum de emptoribus, qui anticipatè solvendo minus pretium exhibent.

49. Chirographa, licet sint liquida, possunt minoris emi, si adsit aliquod periculum exactionis, molestiæ, ob distantiam, etc.

50. Examinanda sunt pacta retrovendendi, retrocendendi quandoque licita. Contractus mohatra, antichryseos sunt semper illiciti.

51. Vetatur monopolium, quo unus aut plures emunt omnes merces, ut vendant pluris pretio summo; aut impediunt quominus aliæ merces in regionem introducantur sine prædicto. Non esset illicitum emere omnes merces, postquam cives jam sufficienter sibi

comparaverunt, ad eas postea vendendas cum lucro aliquo moderato, sed peccaretur graviter (solum contra charitatem) si conventio fieret inter tales ementes non vendendi nisi pretio summo.

52. Quoad vitium rei venditæ, si sit circa substantiam, aut contractus est nullus, aut deceptor debet restituere damnum. Potest tamen vendi unum pro alio, vel res mixta cum alia, modo sit certe æqualis utilitas, et quantum opus est, minuatur pretium. Si vitium sit circa qualitatem et occultum, vendens tenetur illud patetificare.

53. Sartores qui emunt pannos non possunt exigere plus quam solverunt, nisi mercator, quia suam officinam frequentant, eis remitteret de pretio communi.

54. Res vendita, v. g. tale dolium determinatum, perit emptori; sed indeterminata, unum e doliis, ante traditionem perit venditori.

55. Bulla S. Pii de censibus in pluribus locis non obligat, et in iis licitus est census personalis; si autem census sit hypothecatus, pereunte fundo sine culpa venditoris, etiam, præcisa Bulla, perit census.

56. Cambium siccum, seu fictum, cum tantum fingitur locus diversus ubi solutio esset facienda, et interim campsor exigit lucram, est illicitum, modo non intercedat lucrum cessans, et tunc de hoc admonetur campsarius.

57. Si quis casu recipit monetam falsam quoad materiam, non potest eam expendere.

58. Res locata perit locatori, nisi ipse probet culpam conductoris.

59. Si quis sponderet de re quam certo sciret, nullo modo posset præmium retinere.

60. Summa victa in ludo filiofamilias, et uxori de

bonis non suis, debet eis restitui, et illi debent restituere quod lucrati sunt, etiamsi ii cum quibus luserant scivissent ante hos esse subditos, et proprium peculium non habere; limitatur si summa sit parvi momenti. Lusor qui fraudibus injustis utitur debet restituere summam victam, et etiam quantum valebat alterius spes lucrandi; dictum est: fraudibus injustis, v. g. signis notando chartas, etc. nam licet uti iis astutiis, quas regula lusus et consuetudo ferunt, ut aspicere chartas quas alter sua negligentia sinit videre, aut dignoscere chartas, quæ exterius ob aliquod casuale signum ex seipsis dignosci possunt. Peccant lethali-ter clerici in sacris constituti qui ludunt frequenter lusbibus meræ sortis; religiosi autem strictioris observantiæ et Episcopi videntur peccare graviter si ludant etiam chartis, tum ob grave scandalum laicis, tum ob abusus qui irreperent.

61. Videtur licitum exigere lucram certum, salvo capitali, mediis tribus contractibus societatis, assecurationis sortis et lucri, cedendo majori parti lucri probabilis, licet tres contractus fiant cum eodem, modo illi contractus debitis conditionibus vestiuntur, quæ quidem conditiones fusius sunt examinandæ. Ille contractus triplex pro commercio fuit approbatus a facultatibus Theologicis Coloniensi, Treviriensi, Salmanticensi, Moguntinensi et aliis; non fiat tamen sine præcedente Theologorum consilio.

62. Filius negotians cum pecunia paterna non potest sumere sibi partem lucri suo labori et industria correspondentem sine patris consensu.

63. Licet pupilli nequeant sua bona obligare sine autorizatione iudicis aut tutoris, si tamen ea ob paupertatem obligarent, remanerent saltem naturaliter obligati.

64. Cum voluntas testatoris constat hæredi circa dispositionem piam, hæres in conscientia tenetur eam adimplere, licet nullæ sint probationes externæ, modo duo saltem testes adfuerint.

65. Piæ dispositiones defunctorum a Papa solum, non ab Episcopo possunt commutari. Potest tamen Episcopus eas commutare cum supervenit talis causa quæ si cognita fuisset a testatore aliter disposuisset; tunc potest Episcopus interpretari ejus voluntatem et applicare legatum alio operi pio. Testatores tenentur in conscientia et sub gravi legare sua bona, non solum hæredibus necessariis, filiis, parentibus, aut avibus quoad legitimam, sed etiam fratribus et sororibus, cum isti necessitate gravi laborant; si autem talis necessitas non sit, aut si in ea constituti gradu remotiori essent conjuncti, erit tantum obligatio levis.

VIII. PRÆCEPTUM.

1. Judicium temerarium est mortale cum sine sufficienti motivo judicatur proximum grave malum commisisse. Suspiciones rarius sunt mortales; eas concipere aliquando tenentur domini et patresfamilias, tantum illas aliis ne communicent sine necessitate.

2. Contumelia est gravis, cum per eam graviter laeditur honor proximi coram ipsomet; unde si fuit publica, publice ei honor restituendus est.

3. Litteras reserare est illicitum, nisi saltem præsumatur consensus ejus ad quem mittuntur, aut ejus a quo scriptæ sunt, et est graviter illicitum, si materia sit gravis. Licet tamen privatis aperire litteras suorum adversariorum qui sibi injustum causant molestiam; licet quoque ut evitetur injuria gravis quæ im-

minet alicui tertio. Legens ex curiositate litteras laceratas et in publico loco relictas a domino (non autem in privato) modo non patefaciat secretum cum illius damno, non peccat, quia non facit ei ullam injuriam.

4. Illa dicitur vera detractio quæ fit ut denigretur alterius fama, non autem illa quæ fit ob aliquod bonum necessarium. Hinc inferitur quod si manifestatur aliquod delictum occultum et verum proximi, ad justam finem, v. g. ut proximus corrigatur, aut ut evitetur grave damnum aliorum, et nullum aliud exstaret medium ad illud vitandum, tunc illud patefacere non est illicitum. Nemo potest patefacere delictum alterius occultum, sed injuste cognitum, ad evitandum suum grave damnum. Arcanum promissum obligat juxta intentionem promittentis; commissum autem potest manifestari si præsumatur consensus committentis, si occultatio vergeret in damnum commune vel alicujus innocentis, vel committentis, vel illius cui fuit commissum. Licet patefacere peccatum alterius in quantum opus est ad levandam injuriam gravem qua quis affectus est, præsertim si uni tantum vel alteri viro prudenti reveletur. Delictum alicubi publicum potest alibi manifestari, si expediat ad bonum commune, ut a malefactore alii præcaveant. Peccat graviter qui libenter audit graves detractiones, maxime si delectetur de damno quod ex detractioe proximus patitur (sed si tantum de novitate, aut curiositate illius detractioe, multi eum excusant a mortali) aut qui cum possit, eas non impedit maxime si superior sit. Si reparatio sit exigenda, optandum est ut fiat ante absolutionem. Cessat obligatio reparandi si res jam oblivioni data sit, vel si fides non adhibeatur detrahen-

64. Cum voluntas testatoris constat hæredi circa dispositionem piam, hæres in conscientia tenetur eam adimplere, licet nullæ sint probationes externæ, modo duo saltem testes adfuerint.

65. Piæ dispositiones defunctorum a Papa solum, non ab Episcopo possunt commutari. Potest tamen Episcopus eas commutare cum supervenit talis causa quæ si cognita fuisset a testatore aliter disposuisset; tunc potest Episcopus interpretari ejus voluntatem et applicare legatum alio operi pio. Testatores tenentur in conscientia et sub gravi legare sua bona, non solum hæredibus necessariis, filiis, parentibus, aut avis quoad legitimam, sed etiam fratribus et sororibus, cum isti necessitate gravi laborant; si autem talis necessitas non sit, aut si in ea constituti gradu remotiori essent conjuncti, erit tantum obligatio levis.

VIII. PRÆCEPTUM.

1. Judicium temerarium est mortale cum sine sufficienti motivo judicatur proximum grave malum commisisse. Suspiciones rarius sunt mortales; eas concipere aliquando tenentur domini et patresfamilias, tantum illas aliis ne communicent sine necessitate.

2. Contumelia est gravis, cum per eam graviter laeditur honor proximi coram ipsomet; unde si fuit publica, publice ei honor restituendus est.

3. Litteras reserare est illicitum, nisi saltem præsumatur consensus ejus ad quem mittuntur, aut ejus a quo scriptæ sunt, et est graviter illicitum, si materia sit gravis. Licet tamen privatis aperire litteras suorum adversariorum qui sibi injustum causant molestiam; licet quoque ut evitetur injuria gravis quæ im-

minet alicui tertio. Legens ex curiositate litteras laceratas et in publico loco relictas a domino (non autem in privato) modo non patefaciat secretum cum illius damno, non peccat, quia non facit ei ullam injuriam.

4. Illa dicitur vera detractio quæ fit ut denigretur alterius fama, non autem illa quæ fit ob aliquod bonum necessarium. Hinc inferitur quod si manifestatur aliquod delictum occultum et verum proximi, ad justam finem, v. g. ut proximus corrigatur, aut ut evitetur grave damnum aliorum, et nullum aliud exstaret medium ad illud vitandum, tunc illud patefacere non est illicitum. Nemo potest patefacere delictum alterius occultum, sed injuste cognitum, ad evitandum suum grave damnum. Arcanum promissum obligat juxta intentionem promittentis; commissum autem potest manifestari si præsumatur consensus committentis, si occultatio vergeret in damnum commune vel alicujus innocentis, vel committentis, vel illius cui fuit commissum. Licet patefacere peccatum alterius in quantum opus est ad levandam injuriam gravem qua quis affectus est, præsertim si uni tantum vel alteri viro prudenti reveletur. Delictum alicubi publicum potest alibi manifestari, si expediat ad bonum commune, ut a malefactore alii præcaveant. Peccat graviter qui libenter audit graves detractiones, maxime si delectetur de damno quod ex detractione proximus patitur (sed si tantum de novitate, aut curiositate illius detractionis, multi eum excusant a mortali) aut qui cum possit, eas non impedit maxime si superior sit. Si reparatio sit exigenda, optandum est ut fiat ante absolutionem. Cessat obligatio reparandi si res jam oblivioni data sit, vel si fides non adhibeatur detrahen-

ti, aut reparanti. Qui non potest verbis, non tenetur pecunia famam compensare. Excommunicantur auctores aliquorum libellorum infamantium.

DE PRÆCEPTIS ECCLESIAE.

1. Quolibet die jejunii nemo potest dispensari ad carnem manducandam, nisi de legitima causa et de utriusque Medici consilio, idest Medici, Parochi aut Confessarii; ita declaratum fuit à Benedicto XIV. in Bulla *Non ambigimus*, data die 3 martii 1741. Non potest dispensari integra communitas sine auctoritate Papæ. Non peccat, saltem graviter, qui horam comestionis minus una hora anticipat, et multo plus, si adsint bonæ rationes. Possunt sumi intra diem electuaria, modo non in quantitate nimia et ob aliquam causam justam; item uncia cibi semel atque iterum, ad depellendam debilitatem, potiones (excepto lacte et jure), succus fructuum, uvarum pressarum. Idem dicimus de aqua congelata mixta cum saccharo, et succo citri, aut alterius substantiæ, quia congelatio non mutat naturam. Valde attendendum est ad usum regionis, et cavendum a scandalo.

2. Collatiuncula potest esse octo pro omnibus, decem unciarum pro iis qui fame patiuntur, insuper potus. Quoties quis in die jejunii vescitur carne aut lacteiniis, toties peccat; si autem bis comederit cibos esuriales, sine advertentia ad jejunium, videtur teneri ad abstinendum reliquo die, quia non nisi materialiter jejunium fregit, et pro reliquo tempore potest illud servare, alioquin illud etiam formaliter franget.

3. Si causa quæ eximit subditum fuerit evidens, seipsum eximere potest; si autem dubia, recurrat ad

Episcopum aut Parochum. Excusantur inter alios sexagenarii, etiam bene valentes. Qui artem exerce-re nequit de se non laboriosam sine magno incommodo, spectata sua debilitate, non tenetur ad jejunium. Excusat iter pedestre quatuor aut quinque horarum. Artifices divites non tenentur a labore abstinere ut jejunare possint. Peccat qui sine justa causa laborem assumit, quo liberatur a jejunio.

4. Ad confessionem annuam tenentur qui ante septennium peccaverunt.

5. Qui peccavit graviter et prævidet, quod postea non poterit confiteri, debet prævenire tempus præcepti; et ratio est, quia cum iste jam peccaverit, jam contrahit obligationem confitendi in illo anno, quare si præviderit, quod postea non possit adimplere, illud tenetur prævenire.

6. Declaravit S. Cong. an. 1584, quod si Episcopus prohiberet ne quis Confessarius in Paschate audiret confessiones sine licentia Curati, talis Decreti nullam habendam fore rationem. Quilibet sacerdos approbatus ab ordinario loci est propius sacerdos. Qui præcepto annuo non satisfecit, tenetur quantocius confiteri.

7. Præceptum communionis paschalis urget toto anno post pascha; non potest anticipari; debet fieri in Parochia; sed a Sacerdotibus (si celebrent), ubique; si non celebrent, æque ac cæteri in Parochia; a peregrinis ubique. Parvuli non videntur debere communicare statim ut usum rationis adepti sunt, possunt autem; at in periculo mortis debet eis dari communicatio. Obligatio communicandi incipit ab anno nono, et non potest differri ultra annum quartam decimum.

DE OFFICIIS

NONNULLORUM SÆCULARIUM.

1. Judex qui scit privata notitia aliquem esse reum qui juridice constat esse innocens, non potest eum damnare. Si probatus est juridice reus, judex qui scit eum esse innocentem non damnat eum circa pœnas corporales, non item in pecuniariis et civilibus. Judex non potest judicare juxta opinionem minus probabilem; si æqualis sit probabilitas, in causa civili, dividat favendo possessori; si causa sit criminalis, semper favendum est reo. Judex non admittat dona, præsertim pretiosa.

2. Advocatus potest defendere in causis criminalibus reos nocentes, non autem actores in dubiis. Tenetur defendere, etiam cum suo gravi incommodo, si aliud remedium non pateat, eum qui in extrema necessitate versatur; in necessitate gravi, tenetur si habeat superfluum suo statui, sed non cum gravi incommodo. Potest defendere causas æque et etiam minus probabiles actorum, modo eos moneat pro ipsis non stare nisi probabilitatem. Peccat si tenetur causam certe injustam, et poterit teneri ad reficienda damna utriusque partis. Peccat, si paciscatur de pretio dum lis actiatur; aut de parte litis evictæ; si plures suscipit causas quam par sit expedire; si parti adversæ arcana patefaciat; si dolis aut dilationibus injustis utatur.

3. Quilibet tenetur accusare delinquentem cum agitur de damno communi, aut damno innocentis, modo non sit gravi incommodo denuntianti; qui autem estimo

modo, secus compenset; non item exactores gabellarum, qui non tenentur nisi ad solvendum valorem gabellarum. Culpa religiosi potest, et sæpe debet denunciari Prælato, religioso non admonito. In quibusdam casibus aliqui non tenentur ad denunciandum, licet Episcopus monitorium dederit.

4. Denuntientur suspecti de hæresi, confessarii sollicitantes, sortilegia patrantes, sacramentis abutentes, duas uxores habentes, sed non cum gravi damno proprio; hæretici autem formales etiam cum damno proprio, imo ab uxoribus, filiis, parentibus debent denunciari. Denuntientur Episcopo intra mensem illi qui propositiones hæreticales proferunt, si serio et adverte ter protulerint; secus si ex ignorantia, ira, sine pertinacia.

5. Testis non tenetur veritatem fateri, nisi cum ea opus est pro bono communi aut malo proximi reparando, aut ut pareat judici legitime interroganti, nempe cum semi plena probatione, aut indiciis evidentibus. Non tenetur cum timet sibi aut suis grave malum, aut scit rem sub secreto, nisi agatur de malo communi aut privato avertendo. Si testis taceat veritatem, non videtur teneri ad restitutionem.

6. Reus non tenetur fateri, nisi judex sit legitimus et legitime interroget, cum semi plena probatione, nec videtur etiam teneri si legitime interrogetur. Potest fugere e carcere, etiam nocens, et alii possunt eum juvare, modo fuga non obsit bono communi.

DE SACRAMENTIS

IN GENERE.

1. Ad sacramenta conficienda requiritur intentio saltem virtualis in Ministro *faciendi quod facit Ecclesia.*

2. Licet conferre sacramenta sub conditione, non solum in casu necessitatis, sed quoties adest gravis utilitas, et justa causa; contra, sine causa, esset culpa gravis: neque est necessarium conditionem verbis exprimere, sed sufficit si mente concipiatur; exempli causa, absolvere cogitando, si es dispositus.

3. Nequidem ad vitandam mortem licet dare communionem peccatori publico, nisi constet de ejus penitentia, de reparato scandalo, et ablata occasione proxima: non debent Parochi assistere matrimonio talium, nec sponsa cum tali contrahere.

4. Bened. XIV. vetat ne Parochus procedat ad publicationes, quin prius interrogaverit sponso de iis quæ ad fidem pertinent.

5. Ad procurandum baptismum prolis, non licet cum probabili periculo mortis incidere matrem, etiam moribundam et consentientem, sed statim a morte incidatur.

6. Cum imminet periculum mortis, si adsit peritus, proles potest, et debet baptizari sub conditione, mediis instrumentis in utero.

7. Baptismus collatus in quacumque parte corporis præterquam in capite, debet reiterari sub conditione. Graviter peccant qui differunt baptismum ultra decem dies sine causa justa, et gravi. Fetus abortivi

sub conditione baptizentur; item infantes expositi, licet scriptum inveniatur de baptismo recepto, si de eo aliter certo non constet.

8. Possunt baptizare filii hæreticorum invitis parentibus, etiamsi apud eos remaneant, non autem infidelium, nisi filius rationis compos postulet, vel sit in periculo mortis, vel sit extra parentum curam, nec timeatur ne ad ipsos regrediatur, vel unus parentum consentiat, licet alter positive repugnet.

9. Non contrahunt impedimentum a debito parentibus qui baptizant in necessitate, nec videntur etiam illud contrahere qui baptizant sine necessitate, licet graviter peccent.

10. Qui confirmationem recipere possunt, si negligent, gravis peccati rei sunt, ait Bened. XIV. in Bulla *Etsi Pastoralis*. Infantibus ante septennium non conferatur sine causa, v. g. in periculo mortis vel quia Episcopus diu abesset. Jejunium non exigitur. Debet esse patrinus, et unicus et confirmatus, et alius a baptismo, ejusdem sexus, non regularis, et contrahitur cognatio inter confirmatum et suscipientem, et inter suscipientem et parentes confirmati.

DE EUCHARISTIA.

1. Inter effectus Eucharistiæ numeratur remissio venialium, et per accidens etiam mortalium, si quis eorum inscius, aut putans se contritionem habere, accedit ad communionem cum attritione.

2. In periculo mortis potest laicus se ipsum communicare, vel alium, si desit etiam clericus qui id præstet. Videtur Sacerdotem posse se ipsum communicare ex sola devotione, deficiente alio qui ministret.

3. Videtur peccare graviter ille qui in mortali existens Eucharistiam dispensat.

4. Communio potest dari in missis pro defunctis, sed non ex præconsecratis, nisi celebretur in violaceo, quod certe licet.

5. Viatico muniri debent præter infirmos, ii qui periculosum conflictum, aut navigationem aggressuri sunt, et mulieres cum periculo parituræ.

6. Hic advertendum quod quando infirmus jugi vomito laborat, non potest communicare si saltem per sex horas ab illo liber non sit.

7. Non tenetur quis cum periculo scandali aut infamie recedere a sacra mensa, quia tunc recordatur alicujus peccati mortalis obliti in confessione; sufficit ut illud postea confiteatur.

8. Potest celebrare Sacerdos mortalis reus cum contritione, non præmissa confessione (non ex devotione) sed ad dandum viaticum, vel si Parochus (non alius) deberet celebrare pro populo, qui missa careret; aut si secus adesset periculum infamie gravis. Si habeat tantum peccatum reservatum, et non adsit confessarius pro reservatis approbatus, sufficit ut conteratur, aut confiteatur de alia materia, nec tenetur explicare reservatum ei qui non potest ab eo absolvere; sed si cum reservato habeat etiam non reservata, non potest celebrare quin præmittat confessionem non reservatorum. Debet confiteri quamprimum, ex præcepto Tridentini; a Doctoribus fuit determinatum, quod illud *quamprimum* importat intra tres dies, et quod imponit gravem obligationem.

9. Non frangit jejunium tabacum per nares, aut in fumo, aut masticatum, si expuatur.

10. Potest dari, vel non viaticum ei qui eodem die communicatus in morbum mortale incidit.

11. Non potest Sacerdos non jejunus celebrare ad dandum viaticum. Eucharistia potest sumi a non jejunato Sacerdote aut laico, ne profanetur; item a Sacerdote qui celebrando recordatur se non esse jejunum, etiam si de hoc recordetur ante canonem, si timeat infamiam, quæ si non timetur, ante consecrationem debet discedere ab altari; item ad perficiendum sacrificium suum, vel alterius.

12. Pollutio involuntaria non impedit communionem, si mens non perturbetur; nec debitum conjugale, præsertim redditum; nec tempus menstrui.

13. Communio denegetur mulieribus quæ nudato pectore accedunt.

14. Reductio numeri Missarum in fundatione impositarum pertinet ad solam Papam.

15. Sufficit applicatio Missæ aliquando facta et non retractata. Applicatio conditionata de præterito est valida; de futuro autem quod non est notum nisi Deo, est certe illicita ex prohibitione Clem. VIII. sed probabilius etiam invalida.

16. In die omnium Defunctorum potest accipi stipendium.

17. In alteri privilegiato non lucratur indulgentias qui non celebrat de Requiem, cum ritus id permittit; diebus autem quibus Missæ Defunctorum prohibentur, lucratur.

18. Sacerdos minori spatio quadrantis Missam etiam brevissimam celebrans, valde difficulter, ne dicam impossibilitèr potest excusari a peccato gravi, et duplici, id est scandali et irreverentiæ, si publice celebret.

19. Eleemosynæ pro Missis non accipiuntur ultra mensem, ex decreto S. C. Concilii. Nihil de iis retineatur pro expensis celebrationis, nisi ecclesia nullos haberet redditus, et tunc nihil plus quam expensæ.

20. Statuæ et reliquiæ in altari non apponantur ubi exponitur SS. Sacramentum, ex Decreto Innocent. XI.

21. SS. Sacramentum nequit in aliis ecclesiis quam parochialibus asservari, sine dispensatione S. Sedis.

ALERE DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.
VERITATIS

1. Potest dari absolutio sub conditione, si confessarius prudenter dubitet an eam dederit, aut an pœnitens sit dispositus, et adsit necessitas eum absolvendi, quia mortis proximus videtur; non autem pro recidivis qui non dant signa certa suæ dispositionis, si aliunde non adsit necessitas eos absolvendi.

2. Contritio perfecta, juxta Tridentinum, oritur ex motivo charitatis; imperfecta, ex turpitudine peccati per lumen fidei cognita, aut metu gehemæ excludenti voluntatem peccandi. Perfecta obligat in periculo mortis, et insuper ut quis non diu maneat in statu peccati, si non confiteatur, quod non videtur differendum ultra mensem, sed non obligat quolibet die festo.

3. Sufficit dolor generalis, quin singula peccata recenseantur.

4. In contritione includuntur exercite Fides et Spes.

5. In confessione, sufficit attritio, ex timore inferni, aut gloriæ amissione, aut ex horrore erga peccati turpitudinem lumine fidei cognitam, quæ includit semper ex se amorem, non prædominantem, quia tunc esset contritio perfecta, sed inchoatum, nam *timor Dei, initium dilectionis erit*, Eccli. 25. 16. et ait S. Thomas, 2. 2. q. 40: *Ex hoc quod per aliquem speramus bona, incipimus ipsum diligere*. Ille enim dolor qui provenit ex motivo quod Deus amatur super omnia, quan-

tumcumque sit remissus, semper est contritio perfecta, et talis dolor certe non requiritur necessario ad confessionem.

6. Propositum debet esse firmum cum Dei gratia non relabendi, universale de omnibus peccatis mortalibus vitandis, efficax media adhibendo, et occasiones saltem proximas removendo.

7. Relabentes, juxta Rituale romanum, sæpe confiteantur, et si expediat communicent.

8. Non obligentur ad repetendas confessiones nisi illi qui post biduum aut triduum relapsi sunt, sine ulla resistantia, quin aliquod medium adhibuerint, et occasionem removerint; non adest enim obligatio repetendi confessionem, nisi habeatur moralis certitudo de invaliditate præteritæ; relapsus autem non est signum moraliter certum propositi infirmi, sed sæpe est signum mutatæ voluntatis.

9. Potest tradi, si necesse sit, confessio legenda, subjungendo: *De his me accuso*.

10. Non tenetur pœnitens confiteri circumstantias mere aggravantes, nisi quoad quantitatem furti, quam per se non deberet aperire, sed plerumque tenetur confessarius ad eam investigandam ut se dirigat circa modum restitutionis.

11. Suadendum pœnitentibus ut confiteantur peccata dubia, modo non sint scrupulosi; non est tamen obligatio positiva illa confitendi, sive sint negative, sive positive dubia. Advertendum tamen quod in articulo mortis quilibet debet aut contritionem de his elicere, aut confiteri aliam materiam certam circa quam absolutionem recipiat. Præsumptio orta ex vita ordinarie bona vel mala fundat judicium circa dissensum vel assensum peccato præstitum.

20. Statuæ et reliquiæ in altari non apponantur ubi exponitur SS. Sacramentum, ex Decreto Innocent. XI.

21. SS. Sacramentum nequit in aliis ecclesiis quam parochialibus asservari, sine dispensatione S. Sedis.

ALERE DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

1. Potest dari absolutio sub conditione, si confessarius prudenter dubitet an eam dederit, aut an pœnitens sit dispositus, et adsit necessitas eum absolvendi, quia mortis proximus videtur; non autem pro recidivis qui non dant signa certa suæ dispositionis, si aliunde non adsit necessitas eos absolvendi.

2. Contritio perfecta, juxta Tridentinum, oritur ex motivo charitatis; imperfecta, ex turpitudine peccati per lumen fidei cognita, aut metu gehemæ excludenti voluntatem peccandi. Perfecta obligat in periculo mortis, et insuper ut quis non diu maneat in statu peccati, si non confiteatur, quod non videtur differendum ultra mensem, sed non obligat quolibet die festo.

3. Sufficit dolor generalis, quin singula peccata recenseantur.

4. In contritione includuntur exercite Fides et Spes.

5. In confessione, sufficit attritio, ex timore inferni, aut gloriæ amissione, aut ex horrore erga peccati turpitudinem lumine fidei cognitam, quæ includit semper ex se amorem, non prædominantem, quia tunc esset contritio perfecta, sed inchoatum, nam *timor Dei, initium dilectionis erit*, Eccli. 25. 16. et ait S. Thomas, 2. 2. q. 40: *Ex hoc quod per aliquem speramus bona, incipimus ipsum diligere*. Ille enim dolor qui provenit ex motivo quod Deus amatur super omnia, quan-

tumcumque sit remissus, semper est contritio perfecta, et talis dolor certe non requiritur necessario ad confessionem.

6. Propositum debet esse firmum cum Dei gratia non relabendi, universale de omnibus peccatis mortalibus vitandis, efficax media adhibendo, et occasiones saltem proximas removendo.

7. Relabentes, juxta Rituale romanum, sæpe confiteantur, et si expediat communicent.

8. Non obligentur ad repetendas confessiones nisi illi qui post biduum aut triduum relapsi sunt, sine ulla resistantia, quin aliquod medium adhibuerint, et occasionem removerint; non adest enim obligatio repetendi confessionem, nisi habeatur moralis certitudo de invaliditate præteritæ; relapsus autem non est signum moraliter certum propositi infirmi, sed sæpe est signum mutatæ voluntatis.

9. Potest tradi, si necesse sit, confessio legenda, subjungendo: *De his me accuso*.

10. Non tenetur pœnitens confiteri circumstantias mere aggravantes, nisi quoad quantitatem furti, quam per se non deberet aperire, sed plerumque tenetur confessarius ad eam investigandam ut se dirigat circa modum restitutionis.

11. Suadendum pœnitentibus ut confiteantur peccata dubia, modo non sint scrupulosi; non est tamen obligatio positiva illa confitendi, sive sint negative, sive positive dubia. Advertendum tamen quod in articulo mortis quilibet debet aut contritionem de his elicere, aut confiteri aliam materiam certam circa quam absolutionem recipiat. Præsumptio orta ex vita ordinarie bona vel mala fundat judicium circa dissensum vel assensum peccato præstitum.

12. Eximuntur ab integritate materiali muti; sufficit si in morte, aut in Paschate unum peccatum signis explicent; scribant, si possunt, et ad hoc tenentur, modo non sit periculum manifestationis peccatorum. Surdi, et ii qui linguam patriam ignorant iisdem temporibus nec tenentur per interpretem confiteri, nisi aliquid veniale.

13. Moribundus sui compos, sed loquela orbatus, potest absolvi quoties signis ostendit se id optare; sed sine signo speciali, sensibus destitutus non absolvatur plus quam ter aut quater in die, et absolutio detur sub conditione.

14. Potest et debet absolvi sub conditione moribundus catholicus sensibus destitutus, etiam in actu peccati, qui nulla dedit penitentiae signa; haereticus autem non, nisi expresse absolutionem peteret; non enim praesumitur haereticus per signa communia et aequivoca confessionem petere, a qua haeretici vehementer abhorrent.

15. Potest deesse integritas si afferatur viaticum, et periculum mortis aut infamiae impediatur longam confessionem; admoneatur tamen aegrotus de obligatione quam habet postea integre confitendi. Tempore pestis aut infectionis, sufficit accusatio unius peccati. Non requiritur integritas materialis si urgeat necessitas communicandi aut celebrandi, et tempus desit, nisi sint peccata reservata, et nullus qui possit ab his absolvere; item si penitens non posset integre confiteri quin sigillum sacramentale revelet. Si immineat naufragium, aut praelium, sufficit cuique veniale confiteri, aut peccatorem se dicere in generali, et tunc dicat sacerdos: *Ego vos absolvo.*

16. Debet penitens peccati sui speciem confiteri,

etiamsi ex manifestatione speciei complex notus confessario detegatur: debet tamen penitens conari ut adeat alium confessarium qui complicem non noscat, sed ad id non tenetur si inde oriatur ipsi aliquid incommodum. Confessarius autem non potest exquirere nomen complicis, licet hoc bono fine efficeret, ut eum corrigeret, aut damnum impediret; Bened. XIV. in Bulla *ubi primum*, hoc appellat detestabile, et imponit huiusmodi confessarii suspensionem, sed ferendae sententiae. Hoc tamen non impedit quominus possint peti circumstantiae ad integritatem confessionis necessariae, ut sunt in peccato turpi conjunctionis gradus, ligamen voti, an in eadem domo complex commoretur, etc.

17. In casibus ubi penitens ob bonum publicum debet manifestare complicem, jubet confessarius ut alteri revelet qui possit impedire malum, talis enim revelatio vix a confessario fieri potest sine periculo scandalii, aut sacri ministerii dedecore.

18. Si confessio sit invalida ob aliquid peccatum culpabiliter omissum, aut defectum doloris, et postea idem penitens confiteatur apud eundem confessarium, non debet repetere confessionem, sufficit ut confessarius in confuso recordetur status penitentis; similiter agat quando distulit absolutionem. Qui defecit in integritate materiali, licet suae confessiones fuerint caeteroquin validae, obligatur ad eas integrandas; nemo tamen in dubio an suae confessiones fuerint validae nec ne, tenetur ad eas iterandas, quia praesumptio stat pro valore earum. In praxi, si penitens occasiones post confessionem vitavit et per aliquod tempus tentationibus restitit, iudicatur valida confessio antea facta, secus si paulo post, prima data occasione, facie, ut prius, lapsus est sine resistentia.

19. Pœnitentia conveniens ea est quam putat confessarius pœnitentem impleturum, a quo recte postulat an eam libenter acceptet, et secus minuet, aut mutabit. Potest facilis injungi, acrior consuli, moneatur tamen pœnitens de ea quæ sibi deberetur. Sit pœnalis et medicinalis. Sciendum est an ii qui pœnitentiam non impleverunt, tempore quo fuerunt absoluti voluerint eam adimplere. Nemo tenetur eam peragere ante communionem. Si differatur, non ideo omitatur. Non requiritur intentio actualis, modo opus ponatur. Si oblivioni detur pœnitentia, confessio non ideo debet repeti. Satisfacit pœnitentiæ etiam ille qui eam adimplet in peccato mortali. Potest mutari ab alio confessario, cui datur notitia confusa confessionis tunc factæ, excipe si actum sit de reservatis, nisi tamen esset difficile adire superiorem. Non mutetur pœnitentia extra confessionem, et nemo sibi metipsi eam mutet, etiam in aliud opus melius.

20. Peregrini possunt confiteri cuilibet confessario approbato pro loco ubi reperiuntur, etiam si proficiantur a patria eo fine ut alibi confiteantur, modo non fiat in fraudem reservationis.

21. Religiosi itinerantes sine socio Sacerdote possunt cuilibet confiteri, etiam non approbato.

22. Pro confessionibus monialium excipiendis requiritur electio specialis, aut saltem approbatio ab ordinario loci, si moniales sint exemptæ; hæc approbatio non potest ultra triennium prorogari sine licentia S. Congregationis, nisi deesset alter idoneus; idem est pro conservatoriis. Bis aut ter in anno habeant moniales confesarium extraordinarium, de quo tenetur Episcopus eas providere, cui omnes se sistant, et eo tempore ordinarius nullas audiat, neque novitias; de-

bet etiam dari in articulo mortis, si postuletur, et in vita facile concedi.

23. Ecclesia supplet jurisdictionem cum adest in confessario titulus coloratus et error communis, et ita videtur esse quando adest tantum error communis. Licet confessario absolvere cum jurisdictione probabili, modo concurrat aliqua causa graviter rationabilis; tales causæ explicantur in libro.

24. In articulo et in periculo mortis, defectu alterius, valide et licite absolvit excommunicatus vitandus, degradatus et hæreticus.

25. Non approbatus non potest absolvere in articulo mortis coram approbato, nisi approbatus non posset, aut nollet absolvere, aut esset nominatim excommunicatus, suspensus, aut moribundus ab eo abhorret, aut non approbatus incœpisset jam audire, aut si approbatus complex fuisset moribundi in peccato turpi.

26. Confessarius erga complicem in peccato turpi privatur omni jurisdictione; si eum absolvat, incurrit excommunicationem papalem, excepto articulo mortis, si desit alius etiam simplex Sacerdos, aut modo alius non possit excipere confessionem sine gravi scandalo aut infamia approbati. Sufficit tactus, aut colloquium obscœnum, modo mortale et externum pro confessario et pro pœnitente, æque certum, et grave, et externum, quia Bulla Bened. XIV. loquitur de complice formali in peccato mortali turpi. Quær. an Episcopus possit absolvere confessarium qui absolvit complicem suum in peccato turpi? Resp. Rationes militent pro et contra, sed certo non possunt Episcopi in locis ubi Tridentinum non est receptum, cum non gaudeant privilegio Episcopis assignato sess. 24 cap. *læceat*.

27. Cupienti hoc Sacramentum Pœnitentiæ administrare, primum omnium acquirenda est necessaria scientia, qua hujus magni ministerii officio recte fungi possit. Sed hic advertendum est quod scripsit *S. Gregor.* quod sit *Ars artium, regimen animarum.* Et *S. Franciscus Salesius* dicebat, Confessarii officium esse maximi momenti et omnium difficillimum. Et ita est: Maximi utique momenti est, quia est finis omnium scientiarum, qui salus æterna est: Difficillimum, quia 1.º requirit notitiam quasi omnium aliarum scientiarum, et omnium officiorum, et artium. 2.º Scientia moralis tot materias disparatas complectitur. 3.º Illa magna ex parte legibus positivis constat, quarum quælibet justa proprium sensum et intelligentiam accipienda est. Præterea ob circumstantias, quæ casus dissimiles efficiunt, resolutiones variandæ sunt. Quidam qui eruditos, et Theologos magnæ notæ se jactant, Moralistas, quos Casuistas (nomen ignominie apud ipsos) appellant, dedignantur ne cursim quidem legere. Dicunt sufficere, ut confessiones rite excipi possint, principia generalia Moralis callere, illis enim posse resolveri, aiunt, omnes casus particulares. Quis negare potest, omnes casus particulares esse his principiis resolvendo? Sed totum opus, et totus labor est in aptando casibus particularibus tantis diversis circumstantiis irretitis, principia hujusmodi, utque discernatur quodnam principiorum occurrentibus circumstantiis congruat. Nequit id fieri sine magna discussione rationum, quæ pro utraque parte adsunt. Et hoc est illud, quod Moralistæ effecerunt, cum elaborarunt in explicando a quibus principiis multi casus particulares resolveri debeant. Præterea, hac nostra tempestate, ut dictum est, adsunt tot leges positivæ,

tot Bullæ, tot Decreta, quæ nequeunt sciri, nisi Casuistæ legantur, qui ea collegerunt, et prout variarum varietas postulat, ibi opportune illa inveniuntur; ideoque, quo recentiores ii Moralistæ sunt, eo antiquis utiliores. Justa ratione motus *Autor Instructionum pro Novis Confessariis* affirmat multos Theologos quanto profundiores sunt in scientiis speculativis, tanto radiiores in scientiis moralibus, quæ, ut scribit *Gerson*, omnium difficillimæ sunt, et nemo doctus, quantumvis sit in his versatissimus, est, cui in dies nova non accidant. Ex quo infert, numquam confessario deserendum esse Theologiæ Moralis studium. Doctissimus *Sperelli* pariter dicit longe errare eos Confessarios, qui totos in Scholasticæ studio se applicant, æstimantes tempus in Morali frustra expendi; *Et postea nesciunt distinguere lepram a lepra: qui error* (subjungit) *confessarios simul et pœnitentes in æternam perturbationem trahet.* Peccat igitur absque dubio graviter qui non sufficienter instructus audet confessiones audire: Episcopus qui illum approbat: Pœnitens quoque qui noscens ignorantiam ejus, apud ipsum confitetur.

28. Oportet saltem, ut confessarius sciat excommunicationes papales quæ sunt in Bulla *Cæne* pro hæresi externata, lectione, retentione, venditione librorum hæreticorum; item quinque casus papales *Clementis VIII*; percussio clerici, simonia, violatio clausuræ, immunitatis ecclesiasticæ, duellum.

29. Juvetur pœnitens in examinanda sua conscientia, nec ad id faciendum dimittatur. Non sit anxius confessarius de gravitate et numero peccatorum nimio plus exquirendis. Instruatur pœnitens, si opus sit, de necessariis fidei, de fama, aut fortuna resarci-

da, de scandalo reparando, de occasionibus vitandis. Si pœnitens laboret ignorantia culpabili circa scitu necessaria ad salutem, aut circa ea quæ bono communi officerent, debet confessarius eum docere, licet nullus speretur fructus. Si pœnitens accedat indispositus, tenetur confessarius pro viribus efficere ut eum disponat ad absolutionem, et ad hoc tenetur sub rigurosa charitatis obligatione. Si autem ignorantia versaretur circa alia, et esset invincibilis, ita ut pœnitens esset in perfecta bona fide, non debet confessarius eum monere, si nullus inde speretur fructus, et imo timeatur peccatum formale; nec potest dici: Si pœnitens admonitus esset, jam peccaret, ergo est indispositus, nam si confessarii præsumere vellent interpretativas pœnitentium dispositiones, valde paucos absolventes, dum possent judicare quod multi, v. g. si tormentis tentarentur a fide deficerent: sufficit ergo in pœnitente ea dispositio actualis generalis, id est ut hic et nunc statuatur non amplius peccare in quocumque casu in communi. Hinc si pœnitens qui contraxit matrimonium invalidum ob impedimentum occultum, in bona fide versetur, et sit periculum infamiae, scandali, incontinentiae si declaretur nullitas, relinquatur in bona fide, donec ei dispensatio obtineatur, quæ post matrimonium potest dari ab Episcopo, etiam in dirimentibus, si difficilis sit recursus ad Papam. Si sponsis in ecclesia paratis pro nuptiis, alter eorum aperiret impedimentum occultum, et non possit matrimonium sine infamia differri, jungantur, et postea recurratur ad S. Pœnitentiarum. Similiter quandoque omittenda est admonitio pro restitutione, dum nempe nulla spes fructus affulget, quia evitari prius debet damnum spirituale proximi quam temporale. Animad-

vertendum tamen non debere confessarium esse tam facilem ad judicandum quod pœnitens cognita veritate nollet parere; semper autem potest differre admonitionem ad illud tempus in quo sperat eam profuturam. Excipe tamen si pœnitens interrogaret; vel si ignorantia noceret communitati; hinc monendi sunt Principes, Prælati, Parochi, Confessarii qui male suis officiis funguntur; aliunde difficulter istorum ignorantia erit invincibilis, et licet talis esset, semper damnum spirituale afferret communitati. Eodem modo moneantur illi qui Sacramenta frequentant, ne ab aliis prævum exemplam sumant. Si dubitetur an admonitio non indispensabilis sit profutura aut obfutura, omittatur, nam potius vitanda sunt mala formalia quam materialia. Idem dicendum de correctione fraterna.

30. Confessarius tenetur sub gravi absolvere pœnitentem dispositum, quamvis haberet opinionem aliquam ab ipso judicatam probabilem, et a confessario diversimode, in qua tamen non constaret aperte esse peccatum mortale, quod cæteroquin non est faciliter judicandum. Ratio hujus sententiæ est quia pœnitens facta recte confessione habet jus certum et strictum ad absolutionem, unde confessarius gravem ei irrogat injuriam si neget absolutionem, quoties pœnitentis opinio ei non videtur omnino falsa.

31. Confessarius qui novit ex confessione complicitis peccatum ab alio pœnitente negatum, non potest hac cognitione uti ut negantem plus interroget in particulari quam alium, nisi ab altero complice de hoc specialiter obtinisset licentiam. Videtur tamen quod neganti absolutio possit dari conditionate. Si autem confessarius extra confessionem novit certo peccatum in confessione negatum, non potest absolvere, modo

non adsit prudens dubium quod de hoc jam apud alium sit confessus; si autem dubitat, cum in dubio standum sit pœnitentis depositioni, et potest et debet eum absolvere.

32. Confessarius tenetur reparare quantum potest defectus quos admisit in confessione; hinc si sine gravi culpa absolutionem non protulit, aut sine jurisdictione absolvit, non tenetur cum suo dedecore aut gravi incommodo pœnitentem admonere; excipe si talis confessarius esset Parochus, aut pœnitens esset in mortis periculo. Si autem cum gravi culpa erravit in administratione hujus sacramenti, Sacerdos quicumque sit tenetur cum gravi incommodo ad errores reparandos, et ex justitia, quamvis non sit Parochus, quia intercedit quasi contractus inter pœnitentem et confessarium. Si confessarius cum sua gravi culpa pœnitentem a restitutione deobligavit, tenetur cum suo gravi incommodo, licentia ab eo petita, eum monere, secus teneretur ad restitutionem, quoties si debito tempore pœnitentem admonuisset, jam ille restituisset. Si autem cum levi culpa pœnitentem a restitutione deobligavit, tenetur cum levi incommodo eum de obligatione admonere, quam admonitionem si omittat, tenebitur ad restitutionem, quia suum consilium pergit influere in damnum proximi. Si in confessione monitionem tantum omisisset, licet etiam ex malitia, peccasset graviter, sed ex justitia ad nihil teneretur, quia tunc deesset positivus influxus in alterius damnum, qui semper requiritur pro restitutionis obligatione.

33. Non loquatur cum pœnitente sine ejus licentia de confessione peracta, etiam ad errores reparandos.

34. Non excusatur a gravi culpa simplex sacerdos

qui sua socordia negligit audire confessiones, aut ad id se habilem reddere, cum videt gravem necessitatem qua premitur locus in quo moratur.

35. A reservatione non excusantur ignorantes, sed tantum a censura, si adsit. Casus papales, exceptis duobus, nempe accusatio sollicitationis contra sacerdotem innocentem, et receptio donorum a regularibus qui reservantur sine censura, principaliter sunt reservati propter censuram, et ideo ignorantes illam excusantur a reservatione; e contra per casus episcopales principaliter reservantur peccata, licet sit eis adnexa censura, unde etiam ignorantes non excusantur a reservatione.

36. Ordinarie non reservantur nisi peccata externa gravia, consummata et perfecta in sua specie.

37. Cum non potest adiri superior quia longe abest, potest inferior indirecte absolvere a reservatis urgente aliqua causa, v. g. ut vitetur scandalum aut infamia, ut satisfiat præcepto paschali, aut quia pœnitens deberet diutius manere in mortali; sed cessante impedimento, tenetur postea pœnitens superiori se præsentare ut absolvatur directe.

38. Reservatio injusta nihilominus est valida.

39. Peregrini, quantum ad reservationem, judicandi sunt juxta leges Diœcesis in qua reperiuntur, nisi forte a patria migrassent in fraudem reservationis, nempe eo fine unico et principali proficiscerentur ut alibi facilius absolverentur, non autem si discedant pro aliis negotiis, vel ut reperiant confessarium incognitum, prudentiorem, etc.

40. Pœnitens qui bona fide reservatum confitetur confessario simplici, aut obliviscitur illius valide absolvitur, quia directe a non reservatis, et indirecte a re-

servato; hæc est sententia communis, quæ si esset falsa, supleret Ecclesia jurisdictionem.

41. Qui confitetur superiori reservatum, etiam per confessionem sacrilegam, eximitur a reservatione, quia jam obtentus est finis reservationis qui est ut subjiciatur peccatum iudicio superioris.

42. In dubio an pœnitens incurrit nec ne aliquam reservationem, potest a simplici confessario absolvi, sive dubium sit facti, sive sit juris, aut negativum, aut positivum.

43. In sigillo sacramentali non datur parvitas materie.

44. Potest confessarius uti notitia habita extra confessionem, modo non manifestet aliquam circumstantiam ex sola confessione cognitam, sed valde cavendum ne fiat pro circumstantibus periculum scandali, et putent sic confessiones revelari.

45. Confessarius non potest uti licentia accepta a penitente loquendi de confessione, si eam obtinuerit repetitis petitionibus et importunis, aut si eam pœnitens revocaverit.

46. Frangit sigillum qui utitur notitia confessionis ad externam gubernationem in gravamen pœnitentis, v. g. ad negandum officium, si non aliunde eum noscat indignum, item qui a servo claves aufert, qui alquem torvo oculo aspicit. Sed potest confessarius uti notitia confessionis quoties non subest gravamen nec revelatio, v. g. pœnitentem humanius tractare, casui studere, alios monere in generali, ab aliquo damno majori diligentia cavere, modo nemo possit suspicari quod ea oriantur e confessione, secus hæc major diligentia foret semper graviter illicita. Confessarius nemini potest negare schedulam de sola confessione peracta, tuendo de absoluteione.

47. Non licet uti scientia acquisita in confessione nisi quando moraliter certum est non adesse aliquam fractionem sigilli, aut aliquod gravamen pœnitentis; in hac materia numquam licet ea uti opinione probabili quæ secum fert periculum gravaminis pœnitentis, numquam enim licet opinione uti quæ potest vergere in damnum juris certi quod proximus possidet; certum est autem quod proximus possidet jus certum ne gravetur ex sua confessione.

48. Bulla Gregorii XV. circa omnes Sacerdotes qui personas quæcumque illæ sint ad inhonesta inter se, sive cum aliis quomodolibet in actu confessionis sacramentalis, sive ante, sive post immediate, seu occasione, seu prætextu confessionis, etiam confessione non secuta, sive extra confessionis occasionem in confessorio, aut in loco quocumque ubi confessiones audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantibus confessiones audire, sollicitare pro se, vel aliis tentaverint, aut cum eis illicitos et inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, mandat omnibus confessariis, ut suos pœnitentes quos noverint fuisse ab aliis sollicitatos moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu tractantes, Episcopis. Sunt denunciandi, licet jam jurisdictione privati sint, licet sollicitatio fuerit mutua, licet pœnitens consenserit (quod non tenetur dicere, et ne quidem de hoc potest interrogari), licet dudum evenerit, licet confessarius ab aliis jam fuerit accusatus, licet pro alio aut alia sollicitaverit, licet sit jam emendatus, et quidem a longo tempore, quia finis Ecclesie in imponenda tali obligatione non est solum ut reus emendetur, sed etiam animadversio in hujusmodi delicta ad aliorum exemplum. Non tenetur autem ad denunciandum pœnitens quæ sola solli-

citavit, licet confessarius consenserit. Non potest absolvi penitens nisi prius denunciaverit, aut promiserit se quamprimum poterit denunciaturum. Si non possit per se, tenetur per alium id præstare, aut per litteras, aut mediante ipso confessario ab Episcopo ad hanc denuntiationem excipiendam delegato, quod raram esse debet. Si absolute penitens nolit denunciare, scribat confessarius Romæ pro dispensatione ab hac obligatione, et interim non absolvat. Qui non denuntiat intra mensem a die quo novit obligationem, incurrit excommunicationem ipso facto, donec denunciaverit: cum autem executâ est denuntiatio, quivis Sacerdos potest absolvere a censura contracta propter dilationem.

49. Qui injuste accusat, aut procurat accusationem Sacerdotis innocentis de sollicitatione, incurrit reservationem papalem sine censura.

50. Confessarius debet admonere penitentem de obligatione denunciandi, licet hæc admonitio non sit profutura. Denuntiatio exigitur non tantum a penitentibus, sed ab unoquoque qui id sciat, modo sciat a personis fide dignis, licet promiserit secretum cum juramento, excipe si secretum sit manifestatum ad consilium capiendum.

51. Quando verba aut facta sunt veræ sollicitationes, et dubitatur quis sit Sacerdos sollicitans, denuntiatio est facienda, ut superior possit inquirere de persona; non autem quando est certus Sacerdos, sed dubitatur an verba aut facta ejus sint veræ sollicitationes, quia in dubio nemo debet fama sua privari.

52. Sacerdos sollicitans incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Missæ, et, ut videtur, etiam ante sententiam. Multa sunt verba quæ indirecte

continent sollicitationem et denuntiationem exigunt. Judicetur nomen sollicitantis, tempus, locus, ætas, statura, capilli. Juret penitens se præfatam denuntiationem nemini communicaturum.

DE EXTREMA UNCTIONE.

1. Extrema Unctio debet dari infirmis qui tam graviter laborant ut mortis periculum imminere videatur (*Rit. Rom.*); quando potest infirmo non jejuno præberi viaticum, potest etiam dari Extrema Unctio. Gravissime peccant qui illud tempus ægroti unguendi observare solent, cum jam omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat. (*Cat. Rom.*) In eadem infirmitate iterari non debet nisi diuturna sit, aut, cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis incidat. (*Rit. Rom.*) Non debet dari perpetuo amentibus, nec pueris ratione carentibus, sed detur ea pollentibus, licet non sint apti ad communionem; in dubio detur sub conditione, idem dicatur de amentibus. Impenitentibus et iis qui in manifesto peccato mortali perseverant, et excommunicatis penitus denegetur. (*Rit. Rom.*) Quisquis tenetur curare ut hoc sacramento muniatur.

DE MATRIMONIO.

1. Non obligant sponsalia vi, dolo, errore substantiali, aut metu gravi ab extrinseco inita. Tactus etiam pudici vetantur sponsis, quoties ad id fiunt ut delectatio sensibilis habeatur, quia secum ferunt periculum delectationis venereæ quæ est sensibili proxima.

2. Sponsalia obligant sub gravi ad contrahendum

citavit, licet confessarius consenserit. Non potest absolvi penitens nisi prius denunciaverit, aut promiserit se quamprimum poterit denunciaturum. Si non possit per se, tenetur per alium id præstare, aut per litteras, aut mediante ipso confessario ab Episcopo ad hanc denuntiationem excipiendam delegato, quod raram esse debet. Si absolute penitens nolit denunciare, scribat confessarius Romæ pro dispensatione ab hac obligatione, et interim non absolvat. Qui non denuntiat intra mensem a die quo novit obligationem, incurrit excommunicationem ipso facto, donec denunciaverit: cum autem executâ est denuntiatio, quivis Sacerdos potest absolvere a censura contracta propter dilationem.

49. Qui injuste accusat, aut procurat accusationem Sacerdotis innocentis de sollicitatione, incurrit reservationem papalem sine censura.

50. Confessarius debet admonere penitentem de obligatione denunciandi, licet hæc admonitio non sit profutura. Denuntiatio exigitur non tantum a penitentibus, sed ab unoquoque qui id sciat, modo sciat a personis fide dignis, licet promiserit secretum cum juramento, excipe si secretum sit manifestatum ad consilium capiendum.

51. Quando verba aut facta sunt veræ sollicitationes, et dubitatur quis sit Sacerdos sollicitans, denuntiatio est facienda, ut superior possit inquirere de persona; non autem quando est certus Sacerdos, sed dubitatur an verba aut facta ejus sint veræ sollicitationes, quia in dubio nemo debet fama sua privari.

52. Sacerdos sollicitans incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Missæ, et, ut videtur, etiam ante sententiam. Multa sunt verba quæ indirecte

continent sollicitationem et denuntiationem exigunt. Judicetur nomen sollicitantis, tempus, locus, ætas, statura, capilli. Juret penitens se præfatam denuntiationem nemini communicaturum.

DE EXTREMA UNCTIONE.

1. Extrema Unctio debet dari infirmis qui tam graviter laborant ut mortis periculum imminere videatur (*Rit. Rom.*); quando potest infirmo non jejuno præberi viaticum, potest etiam dari Extrema Unctio. Gravissime peccant qui illud tempus ægroti unguendi observare solent, cum jam omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat. (*Cat. Rom.*) In eadem infirmitate iterari non debet nisi diuturna sit, aut, cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis incidat. (*Rit. Rom.*) Non debet dari perpetuo amentibus, nec pueris ratione carentibus, sed detur ea pollentibus, licet non sint apti ad communionem; in dubio detur sub conditione, idem dicatur de amentibus. Impenitentibus et iis qui in manifesto peccato mortali perseverant, et excommunicatis penitus denegetur. (*Rit. Rom.*) Quisquis tenetur curare ut hoc sacramento muniatur.

DE MATRIMONIO.

1. Non obligant sponsalia vi, dolo, errore substantiali, aut metu gravi ab extrinseco inita. Tactus etiam pudici vetantur sponsis, quoties ad id fiunt ut delectatio sensibilis habeatur, quia secum ferunt periculum delectationis venereæ quæ est sensibili proxima.

2. Sponsalia obligant sub gravi ad contrahendum

matrimonium quantocius. Si quis sponsalia cum duabus contraxerit, valent prima, licet etiam secunda sponsa ea ignoraverit, et cum ea copula habita sit.

3. Filius potest, quin peccet, insciis aut invitis parentibus contrahere in sequentibus casibus: 1. ° si parentes velint impedire ne nubat honeste, et ipse sit in periculo incontinentiæ; 2. ° si velint ut nubat invite, id est, ducat indignam, infirmam, prævæ conditionis; 3. ° si filius injuste a parentibus vexaretur; 4. ° si parentes essent absentes, et præsumeretur eorum consensus.

4. Dissolvuntur sponsalia ex parte innocentis ob matrimonium validum contractum; quoad nocentem vero, obligatio suspenditur, non aufertur. Insuper dissolvuntur ob mutuam consensum sponsorum; si sint puberes, statim; si impuberes, statim ac ad pubertatem perventi sunt; dissolvuntur ob impedimentum dirimens superveniens, saltem pro innocente, nocens autem tenetur dispensationem procurare, sed non cum magno labore, nisi reparandum esset damnum deflorationis, aut infamiæ sponsæ; dissolvuntur ob antea ignotam disparitatem conditionis, ob defectum justum, non autem injustum consensus parentum, ob grave delictum alterius, ob cognitam alterius asperitatem, aut morbum gravem, aut æs alienum quo gravetur sponsus, aut defectum dotis in sponsa. Generaliter, prima regula sit: ad dissolvendum ob causas supervenientes, sufficit ea causa quæ si prævisa fuisset, contractus non existisset. Secunda regula: ob causas præcedentes, sufficit ut adsit illa quæ si suboriretur valeret ea impedire. Hinc si ignorantia illius causæ non dedisset causam contractui, sed fuisset concomitans, id est quod etiam cognita non impedivisset spon-

salia, tunc non possunt dissolvi. Dissolvuntur ob absentiam in regionem longinquam, ob terminum sine culpa elapsam et prefixum ad finiendam obligationem, ob ingressum in religionem, non autem pro eo qui ingreditur, sed pro eo qui in seculo manet; ob susceptiorem Ordinis sacri, aut votum recipiendi, aut votum simplex castitatis, quia in sponsalibus semper subauditur conditio: nisi status melior eligatur.

5. Communis est inter Doctores sententia ministros Matrimonii esse ipsos contrahentes. Materia est mutua traditio juris quod alter in alterius corpus acquirit per verba aut signa consensum exprimentia; forma est mutua acceptatio.

6. Ad valorem Matrimonii sufficit præsentia Parochi audientis, licet nihil dicentis, imo repugnantis; si tamen juste repugnet, adest validum Matrimonium, sed graviter illicitum: tunc solum esset invalidum Matrimonium, ut pluries declaravit S. C., quando Parochus nihil intellexisset, modo non affectasset nihil intelligere. Matrimonia celebrata coram Parocho et duobus testibus cum occulto impedimento, obtenta dispensatione, convalidantur et vera sacramenta fiunt solo consensu de novo a sponsis præstito, a quo tamen consensu potest Papa dispensare, nec requiritur de novo præsentia Parochi. Declaravit tamen S. C. quod si Matrimonium esset nullum ex causa publica, id est ob defectum ætatis, tunc reconvalidandum esset coram Parocho et testibus.

7. Non peccat qui contrahit in concupiscentiæ remedium.

8. Si apponatur conditio contraria substantiæ Matrimonii, v. g. Te duco ea conditione ut prolis generationem vites, ut adulterium committas, Matrimo-

nium est nullum; si autem conditio est turpis alio modo, aut si est impossibilis, tunc habetur pro non adjecta, et Matrimonium est validum, quia præsumeretur datus consensus non obstante conditione apposita; sed si unquam sponsi vere non intenderent consentire sine tali conditione, Matrimonium esset invalidum; cæterum in dubio debet judicari in favorem illius.

9. Usus Matrimonii est illicitus, si illud est certe nullum; tunc sciens nec petere nec reddere unquam potest ignoranti. Si nullitas est dubia, dubitans non potest petere, sed tenetur reddere bona fide petenti; si autem adhibita diligentia dubium vincere non possit, non obstante quacumque probabilitate in contrarium, potest petere, quia contrahendo in bona fide, jam acquisivit jus certum ad petendum, de quo non potest privari nisi per impedimentum certum. Quando debet aliquis dubitare de valore Matrimonii? Regula 1. ^o Conjux ordinarie non tenetur credere alteri etiam juranti se fecte consensisse; 2. ^o nec tenetur credere impedimento, si illud audiat a personis parum fide dignis, vel ex fama sine fundamento; 3. ^o si audiat ab aliquo fide digno, tenetur inquirere, et interim non petere, sed reddere, si unus tantum sit testis. In dubio semper judicandum est pro Matrimonii valore, tam in foro interno quam externo, unde si quis Matrimonium contrahit cum dubia fide, post diligentiam adhibitam ad dignoscendam veritatem, adhuc dubio perseverante, potest reddere et petere.

10. Usus Matrimonii non est licitus si adsit grave periculum sanitatis, nec obsit periculum incontinentiæ. Licitus est, si morbus sit diuturnus, et adsit justa causa, modo alter moneatur de morbo, sed alter non tenetur consentire. Morbum patiens potest licite nega-

re debitum, quin debeat patefacere causam, nemo enim tenetur creare sibi infamiam. Non licet petere statim a balneo, a sectione venæ, cum feбри. Licet petere ab uxore quæ versatur in perpetua gonorrhæa, et tempore menstrui diuturni; quæ si non durent, petitio non excedit veniale. Licet post prandium, et tempore lactationis, si non noceat proli; item in purgatione puerperæ, modo non eadem die, vel sequenti partus.

11. Graviter illicitus est usus si fiat mente adultera, si extra vas naturale, etiamsi ibi copula sit tantum inchoata; si autem stando, vel sedendo, vel more peccudum, vel viro succumbente, sine justa causa, erit veniale. Non esset peccatum retrahendi se ante seminationem, si non esset periculum effundendi seminis, sed ordinarie adest, præcipue in viro; vir autem graviter peccat, si se retrahat postquam mulier jam seminavit aut est proxima ad seminationem, et probabiliter etiam mulier si se retrahat post viri seminationem et ante propriam, quia probabiliter etiam semen mulieris est necessarium ad generationem, unde retrahente se viro post seminationem, potest mulier tactibus se excitare ut seminet ad complementum copule.

12. Petere ante communionem, est veniale, nisi fiat ad evitandam incontinentiam, nullum vero peccatum reddere. Potest autem post communionem et diebus festivis; item tempore prægnationis, nam ordinarie abest periculum abortus.

13. Conjux prohibitus a petendo ob votum aut impedimentum affinitatis post Matrimonium ab eo contractum, tenetur reddere alteri, etiam interpretative petenti; et quoad affinitatem, licet etiam petere in pe-

riculo incontinentiæ propriæ, in quo licet etiam conjugi petere ab altero excommunicato, et excommunicato ab altero non excommunicato.

14. Tactus sine copula non excedunt veniale, modo non prævideatur pollutio in se vel in altero, etiam involuntaria. Non potest conjux seipsum tangere cum delectatione sine copula. Hortandi sunt conjuges ne delectentur de copula habita vel habenda, si alter absit, sed non sunt damnandi de mortali, nisi delectatio fieret venerea.

15. Neuter conjux tenetur petere, nisi prævideat in se vel in alio periculum incontinentiæ. Tenetur vir accedere si mulier tacite petat. Conjux negans ordinarie graviter peccat, nisi alter remisse peteret et facile precibus negans cederet, aut sæpius, puta quater in eadem nocte, alter peteret, aut dilatio esset tantum aliquot horarum.

16. Metus ne nascantur filii non sufficit ad negandum, si adsit periculum incontinentiæ. Si alter petat eum peccato gravi, et culpa se tenet ex parte actus, puta cum periculo abortus, scandali, aut sanitatis alterutrius, postulatus tenetur sub gravi negare; si autem culpa se tenet ex parte petentis, puta si habeat votum, aut petat ob pravum finem, alter tenetur reddere, hortando tamen petentem ut desistat, aut potius eum petitione præveniando. Si petat incestuosus qui jam privatus est jure petendi, alter non tenetur, sed potest reddere.

17. Volenti seminare extra vas, mulier videtur posse negare, imo ad id teneri, si possit sine suo gravi incommodo, sed probabilius post monitionem tenetur reddere, quia culpa se tenet, non ex parte actus, sed personæ. At non potest petere, nisi adsit pro se pe-

riculum incontinentiæ, aut nisi deberet perpetuo abstinere; valde autem cavendum est ne ipsa mulier ita fieri velit aut optet.

18. Ut vir incestuosus privetur jure petendi, debet noscere legem ecclesiasticam et penam appositam, et copula debuit esse cum seminatione. Possunt super hoc dispensare Episcopi et Mendicantes.

19. Si conjux timet damnum leve sanitatis ex redditione, tenetur reddere; si grave, nec tenetur, nec potest, nisi adsit proximum periculum incontinentiæ vel in se vel in petente, aut timeantur magna dissidia; in his casibus potest et tenetur reddere ex charitate; excipe nisi morbus quo inficiari veretur sit proxime tendens ad mortem, in hoc enim casu potest, sed non tenetur, quia charitas eum excusat si reddat, sed non obligat.

20. Solum periculum ne proles defectuosa nascatur non excusat a reddendo. Non tenetur reddere uxor quæ scit se non posse sine mortis periculo parere; potest autem et reddere et petere ob periculum incontinentiæ, licet ordinarie pariat mortuos.

21. Peccat mortaliter qui cohibet seminationem, altero seminante, vel qui se retrahit antequam alter seminaverit; item uxor quæ statim surgit aut mingit ad impediendam generationem.

22. Licet viro copulari, quamvis ob senectutem aut infirmitatem sæpe extra vas semen effundat, semper ac adest spes effundendi intra.

23. Tenentur conjuges cohabitare, etiam quoad torum, nisi separentur mutuo consensu, et sine periculo incontinentiæ. Vir, si diu absit, debet, si possit, secum ducere uxorem.

24. Impedimenta impediuntia, præter peccatum

mortale et excommunicationem, his comprehenduntur versibus:

Ecclesie Vetitum, nec non Tempus feriarum; Atque Catechismus, Crimen, Sponsalia, Votum Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Ecclesie vetitum, id est prohibitio Episcopi aut Parochi propter suspicionem impedimenti aut inhabilitatis; *Tempus feriarum*, sed prohibetur tantum benedictio Matrimonii, non autem ipsum Matrimonium aut ejus usus; *Catechismus*, id est fidei professio quæ nomine baptizandi fit, cessavit per Tridentinum; *Crimen*, v. g. incestus cum propria matre, raptus alienæ sponsæ, etc. desuetudine exolevit; *Sponsalia*, cum alia persona inita, sed non dissoluta; *Votum simplex castitatis*, aut religionis, aut non nubendi; non potest dispensare Episcopus ante Matrimonium, si votum sit absolutum, secus si est pœnale aut conditionatum, nisi sit periculum incontinentiæ, aut gravis damni, et impossibilitas sit cito recurrendi ad Papam. Sed post Matrimonium, Episcopus et etiam Mendicantes possunt dispensare in voto castitatis ante vel post Matrimonium emissio; si tamen conjuges communi consensu illud emiserint, solus Papa potest dispensare.

25. Episcopus potest dispensare super omnibus proclamationibus, *urgente gravissima, legitima et ineluctabili causa*, ait Bened. XIV. in Bulla *Nimia licentia*, modo Episcopo constet non esse impedimentum; imo potest Parochus in gravissima necessitate declarare præceptum non exstare. De cætero proclamationes debent fieri ter publice in Ecclesia. Quilibet impedimenti conscius tenetur illud denuntiare, li-

et non possit probare. Fama impedimenti sufficit ad impediendas nuptias. Parochus tenetur sub gravi antequam Matrimonio assistat ad investigandum an exstet impedimentum.

26. Impedimenta dirimentia, præter defectum consensus sunt:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas, Ætas, Affinis, si Clandestinus, et Impos, Raptava sit mulier, nec parti reddita tutæ. Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Error, non qualitatis, nisi eam contrahens principaliter intenderit, sed ipsius personæ. *Conditio* servilis ignorata. *Votum* solemne castitatis, vel ob sacri Ordinis susceptionem, vel ob religiosam professionem spontaneam, nam non spontanea est nulla, a quibus videtur Papam posse dispensare. *Cognatio*, vel legalis quæ oritur ex adoptione perfecta cum rescripto Principis, et dirimit inter varias personas, vel spiritualis ex Baptismo et Confirmatione inter baptizantem et baptizatum, patrinum et baptizatum et parentes baptizati, vel carnalis ex consanguinitate personarum quæ ex eodem stipite descendunt; hæc in linea transversali ex lege Ecclesiæ Matrimonium dirimit usque ad quartum gradum, in linea recta semper. In linea recta, tot sunt gradus quot sunt personæ, dempto stipite qui numquam numeratur; in linea transversali æquali quot gradus sponsus distat a communi stipite sponsæ, tot gradibus distant inter se; in linea transversali inæquali, quot gradibus consanguineus remotior distat a stipite, tot gradibus distant inter se. *Crimina* impediencia, sunt homicidium, adulterium, et

raptus. Pro homicidio, si ambo sponsi conspirarunt sine adulterio in mortem conjugis, cui alter eorum erat ligatus, eo fine ut inter se contraherent, hoc impedimentum est dirimens morte secuta; aut si eo fine expresse ut Matrimonium novum ineatur, una pars tantum altera inscia, post adulterium perfectum cum futuro, conjugem suum det morti, modo finis homicidii fuerit ante manifestatus alteri parti, saltem signis, donis, familiaritate; vel si, sine homicidio, altera pars vivente conjuge committat cum futuro adulterium, cum promissione Matrimonii quæ acceptetur; vel si adsit adulterium cum Matrimonio attentato, nempe cum vir vivente uxore cognoscit aliam, et intentat cum illa contrahere. Non est impedimentum, sed grave peccatum sola promissio ducendi aliam, si fit vivente conjuge. *Disparitas cultus* inter baptizatum et non baptizatum dirimit, inter catholicum et hæreticum impedit, nisi Papa dispenset. *Vis*, et etiam metus gravis injuste incussus; dicitur gravis, ut si proveniret ex periculo exilii, infamie, amissionis notabilis honorum, metus, inquam, ab extrinseco, non autem metus mere reverentialis, aut ab intrinseco; dicitur injuste incussus, unde si sponsus facta Matrimonii promissione ex timore iudicis juste pœnam minitantis contrahit Matrimonium, illud est validum. Pro *Ordine* sacro, ratiocinandum sicut de voto solemni, dirimit. *Ligamen*, id est ille qui alio Matrimonio ligatus est, quin constet de morte conjugis, non potest aliam ducere, et si prior compareat, qui aliud Matrimonium contraxit tenetur ad priora vota redire. *Honestas*, ille qui sponsalibus celebratis cum una, vellet Matrimonium contrahere cum ejus consanguinea in primo gradu, vel qui post Matrimonium ratum, etiam nullum, modo tale non sit nul-

lum defectu consensus, vellet contrahere cum consanguinea usque ad quartum gradum. Sponsalia, licet mutuo consensu soluta, pariunt impedimentum, non autem si fuerint invalida. *Ætas*, 14. an. pro sponso, 12 pro sponsa, quam ante ætatem Matrimonium est nullum. Matrimonium senum ætatis decrepitæ est validum, modo coire possint arte medica. *Affinitas* quæ oritur ex copula habita ab uno sponsorem cum consanguineo alterius, dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum, si fuerit copula licita, usque ad secundum si illicita. Affinitas non parit affinitatem, unde duo fratres possunt ducere duas sorores, vitricus uxorem privigni sui. Si quis cognoscit sororem suæ sponsæ, neutram sine dispensatione ducere potest. *Clandestinitas*, Matrimonium est nullum si desit assistentia Parochi et duorum testium, ubi Tridentinum est receptum, qui testes possunt esse pueri (modo sint rationis capaces), infames, parentes, servi, mulieres, et etiam illi qui casu illuc transeunt, aut vi detinentur. Parochus etiam suspensus, excommunicatus vitandus, valide assistit, et in necessitate licite. Debet esse Parochus domicilii alterutrius sponsi; et potest assistere etiam extra suam parochiam et Diocesim, quia exercet actum jurisdictionis. Vagi post informationes et licentiam Episcopi, possunt contrahere ubique. Exteri non possunt contrahere extra patriam, nisi ostendant fidem ordinarii proprii de eorum statu libero. *Impotentia*, si sit perpetua et antecedit Matrimonium, illud est nullum; si certa sit, potens pars potest statim ab impedita discedere quin dilationem concedat, imo tenetur si adsit periculum incontinentiæ, et ad alias nuptias transire. Si dubia sit impotentia, datur triennium ad experiendum. *Raptus* debet esse ab una ad aliam

domum, solo fine Matrimonii, dissentiente muliere. Raptor, præter impedimentum, et auxiliantes incur-
runt excommunicationem ipso facto; idem est pro des-
ponsatis, id est raptor incurrit impedimentum et pœ-
nas, licet cum rapta prius contraxerit sponsalia, quæ
tamen probabilius est non invalidari.

27. Matrimonium probabiliter validum, est habèn-
dum certe validum, quia Ecclesia dispensat in impe-
dimento, si exstet, quoties adest vera probabilitas de
Matrimonii valore. Si nullum sit ex defectu occulto
noto tantum octo vel decem personis, et periculum non
videatur quod illud manifestetur, sufficit ut sponsi, ob-
tenta dispensatione a S. Pœnitentiaria, consensum re-
novent sine Parocho nec testibus, licet conjugēs con-
trahendo fuerint conscii nullitatis Matrimonii. Qui
fictè consensit, per se non videtur teneri ad revalidan-
dum per verum consensum, nisi illud exigat reparatio
damnorum dolo illatorum. Qui fictè aut metu con-
traxit, si velit Matrimonium revalidare, verum præ-
tando consensum, non videtur teneri ad manifestan-
dum alteri parti Matrimonii nullitatem, sed sufficere
ut verum præstet consensum, qui cum jungatur
cum consensu ab altera parte jam præstito valido ju-
re naturæ et moraliter perseverante in cohabitatione
maritali, Matrimonium fit validum, quia in contractu
Matrimonii non est necessaria simultaneitas physica
consensuum, sed sufficit moralis quæ in hoc casu ha-
betur; neque potest opponi quod si requireretur pars
de novo consensu, forte illud non daret, nam hic dis-
sensus interpretativus non est verus dissensus, et in-
terim in suis effectibus perseverat consensus semel
præstitus, qui jure naturæ est validus, et solum inva-
lidus jure ecclesiastico.

28. Cum Matrimonium est nullum ob aliquod im-
pedimentum, ut revalidetur per novum consensum,
sublato impedimento per dispensationem, utraque
pars debet esse conscia nullitatis, sed super hoc con-
sensu Pontifex potest dispensare pro parte inscيا; imo
potest Episcopus, si ex cognitione timeatur mors, in-
famia, scandalum ob separationem, et necessitas non
patiat moram recursus ad Papam; insuper, si absit
Episcopus, confessarius potest declarare consensum
tunc non requiri a parte inscيا, ut modo dictum est;
sed hoc non fiat nisi urgente gravissima causa, nam
ipsa S. Pœnitentiaria ordinarie exigit ut nullitas ante-
cedens ab utraque parte nota sit.

29. Papa potest dispensare in omnibus impedimen-
tis ex jure ecclesiastico ortis; sed in iis quæ sunt a ju-
re divino, potest tantum in aliquo casu particulari, ut
Doctor Ecclesiæ et interpret divinæ voluntatis, decla-
rare legem divinam in tali casu non obligare. Cau-
sæ justæ ad obtinendam dispensationem super impe-
dimentis dirimentibus sunt 1.º extinctio magnæ litis,
vel odii, vel scandali inter agnatos; 2.º inæqualitas
Matrimonii, nisi inter consanguineos fiat ob defectum
dotis vel alterius sponsi; 3.º conservatio facultatum in
eadem cognatione; 4.º merita petentis; 5.º ætas ex-
cedens 24. annos in muliere; 6.º subministratio pe-
cuniæ pro operibus piis, etc. Noscantur conditiones
quas debet habere petitio ut dispensatio non sit sub-
reptitia vel obreptitia.

30. Ante consummationem Matrimonii, quæ potest
differri ad duos menses, alteruter conjugum intra hos
duos menses primos potest intrare religionem, modo
exinde non impediatur legitimatio proles, reparatio
scandali, et sponsu non infametur.

31. Videtur Papam posse ob gravissimas causas dissolvere Matrimonium simpliciter ratum. Divortium tori et cohabitationis, firmo remanente vinculo conjugali, potest fieri 1.º si unus conjugum committeret delictum alteri perniciosum, ut si conaretur eum in peccatum inducere, præsertim a fide avertere, et esset periculum perversionis; 2.º si alter morbo contagioso laboraret, amens fieret, et adesset periculum pro alio; 3.º si mutuo consensu separati, ambo ingrediantur religionem, aut muliere proficiente, vir sacrus initiatur, aut si mulier 50 annos nata castitatem voveret in sæculo, et vir profiteretur, aut sacerdotio initiaretur; 4.º ob sævitiam conjugis, verbera injusta, gravia, frequentia; imo, pro personæ qualitate, convicia crebra et gravia; debet intervenire sententia judicis, nisi mora sit periculosa, aut periculum non facile probaretur; 5.º ob adulterium certum et perfectum, raro tenetur, sed potest conjux discedere, nisi ipse sit quoque reus adulterii, aut consenserit adulterio alterius, aut mulier vi fuerit oppressa, aut injuria sit remissa, præsertim per copulam subsequutam. Conjux innocens semper habet jus revocandi adulterum, sed difficulter adultera poterit obligari ad redeundum ad virum, quia ipsa poterit timere gravia damna. Ad separationem ob adulterium non videtur requiri sententia. Facta separatione per sententiam, innocens potest ingredi religionem, sed non adulter sine alterius licentia, aut nisi alter statum irtractabilem assumpsisset. Filii educuntur apud innocentem; videndum cujus expensis.

DE CENSURIS.

1. Censura est vel lata, vel ferenda sententiæ, a jure, vel ab homine superiore ecclesiastico habente jurisdictionem ordinariam et expeditam; unde non potest ferri ab excommunicato, suspensio, hæretico, schismatico, nisi sit occultus, quo in casu illicite, sed valide fertur. Censura lata ex coactione aut metu gravi est valida, sed invalida est ejus absolutio metu injusto extorta. Censura lata a jure aut ab homine sententia generali non incurritur ab impuberibus, nisi exprimat, ut fit pro ingressu claustrorum et percussione clericum. Episcopi non incurrunt suspensionem nec interdictum nisi specialiter nominentur, de excommunicatione autem dubitatur. Reges et Regina a solo Papa censurari possunt. Pro censura gravi, debet adesse contumacia in peccato gravi vel ex se, vel ex circumstantiis; in dubio de gravitate, standum est iudicio superioris; requiritur insuper actus externus et consummatus. Incurritur a mandantibus, licet effectus non sequatur, si principaliter in eos lata sit, secus non; hinc non incurrunt qui mandavit percussorem clericum si illa non evenit, aut consilium præstitum ad eam non impellit percutientem, aut fuit revocatum ante executionem, quia tunc non est contumacia, quæ importat contemptum censuræ. Requiritur etiam scientia legis et ipsius censuræ, quarum quævis ignorantia excusat a censura; debuit præcedere monitio. Videtur quod metus gravis excuset a censura. Si quis esset injuste censuratus, aut de eo dubitaret, non ligaretur in conscientia, nec fieret irregularis administrando in Sacris, sed exterius se deberet gerere tanquam censuratum ad evitandum scandalum. Qui extra

suam Diocesim deliquit, et per sententiam particularem excommunicatus est ab Episcopo illius loci, non potest a proprio Episcopo absolvi, nisi de licentia alterius Episcopi, quia factus est subditus illius Episcopi circa illud particulare ratione delicti. Qui habet facultatem absolvendi a casibus papalibus, non ideo potest absolvere a casibus Bullæ *Cenæ*, et qui habet pro Bulla *Cenæ*, non ideo potest pro hæresi, ut declarat Ben. XIV. in Bulla *Convocatis*. Facultas data ab Episcopo pro reservatis, non valet pro iis quibus annexa est censura reservata; e contra facultas data a Papa pro reservatis, valet pro censuris reservatis. Ad absolvendum a censura in foro interno sufficit quodlibet signum externum, sed non sola voluntas; potest absolvi valide etiam absens, et licite gravi urgente causa, et valide etiam invitus, sed illicite. Absolutio metu gravi et injusto extorta est nulla. Satisfactio parti offensæ debet fieri pro foro externo ante absolutionem a censura, et si illud sit impossibile, detur cautio aut juramentum satisfaciendi. Juretur de non reincidendo, si crimen sit enorme.

2. Vitandi tantum sunt illi qui nominatim sunt excommunicati et denunciati; non adest igitur obligatio vitandi excommunicatos etiam notorios, nisi isti sint nominatim excommunicati et denunciati in loco publico; sed Conc. Const. declaravit se velle hac distinctione prospicere tantum bono fidelium, non autem excommunicatorum, unde videretur quod excommunicati peccarent semper communicando cum aliis; dum alii non peccarent; sed res aliter se habet, nam si tolerati communicando cum fidelibus peccarent, esset inutilis illa licentia data fidelibus, dum indirecte, id est ratione charitatis ex qua tenetur unusquisque non præbere

alteri occasionem peccati, iisdem fidelibus esset vetita illa communicatio; unde restat quod universe possint fideles et excommunicati tolerati simul communicare. Vitandi sunt percussores clerici, si percussio sit publica, aut delictum sit probatum in iudicio.

3. Excommunicatio privat usu passivo sacramentorum, nisi excuset timor gravis damni, et non fiat eum contemptu censuræ; privat quoque usu activo licito, nam adest validitas, excipe quod vitandus non potest ministrare sacramentum Pœnitentiæ quia omni jurisdictione privatur; toleratus autem toties licite sacramentum ministrat quoties illud ab eo requiritur; hinc die festivo, si desit alter sacerdos, toleratus postulatus potest celebrare, modo absit scandalum. Excommunicatus non potest esse iudex, scriba, testis, advocatus, procurator, testator, tutor, præsentator ad beneficium; hæc omnia plerumque pro vitandis sunt illicita et invalida, pro toleratis autem tantum illicita. Vitandus, non autem toleratus, privatur sepultura ecclesiastica, et ille qui eum sepeliret modo ecclesiastico incurreret excommunicationem, nisi dederit signa pœnitentiæ, et absolvatur cadaver; sed nemo sepultura privandus est sine sententia Episcopi.

4. Excommunicatio minor incurritur ob unicam causam, nempe ob communicationem cum excommunicato vitando in actionibus comprehensis in sequenti versu:

Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur.

Insuper peccat venialiter qui talia vitando tribuit; sed peccaret graviter: 1.º si tribueret in contemptum censuræ; 2.º si in divinis in materia gravi; 3.º si in crimine ob quod alter fuit excommunicatus com-

unicaret. Incurreret excommunicationem majorem clericus scienter communicans cum excommunicato nominatim a Papa et denunciato; item si excommunicatio fuit lata in aliquem et simul in participantes, qui tunc communicat cum illo post monitionem incurrit excommunicationem majorem, et non potest absolvi nisi ab eo a quo absolvendus est principalis.

5. Excusant communicantem:

Utile, Lex, Humile, Res ignorata, Necessè.

Utile intelligitur utilitas aut ipsius excommunicati, ut respiciat, aut utilitas aliorum. *Lex* intelligitur matrimonialis. *Humile* intelligitur subjectio debita a filiis, militibus, servis. *Res ignorata*, ignorantia sive inadvertentia vel legis vel facti. *Necessè*, quæcumque necessitas gravis sive temporalis sive spiritualis tam communicantis, quam excommunicati, aut aliorum.

6. Duplex est effectus excommunicationis minoris:

- 1. ° privare sub gravi receptione sacramentorum;
- 2. ° item receptione beneficiorum. Qui cum excommunicatione minori confert sacramenta non peccat, nisi conferendo ipse deberet quoque sacramentum suscipere. Ab hac censura quivis confessarius potest absolvere.

7. Excommunicationes non reservatæ et quæ frequentius locum habent, sunt: in extorquentes absolutionem a censuris, in sepelientes publicos usurarios, in contrahentes intra gradus prohibitos, in imprimentes aut facientes imprimere sine permissione, vendentes, retinentes libros de rebus sacris sine nomine auctoris, nisi habeatur licentia ab ordinario, cujus approbatio aposita indicat eum consensisse ut taceretur nomen auctoris, in profitentes aliquam scientiam qui fidei professionem non emittunt, in potestatem usuris fa-

ventem, in occupantes bona ecclesiæ vacantis, in mandantes occisionem alicujus Christi fidelis, in impediennes sequestrum ab Episcopo præceptam, in non denuntiantes Episcopos hæreticos et confessarios sollicitantes, in eos qui servare faciunt statuta contraria libertati ecclesiasticæ, in clericos in dignitate constitutos aut sacerdotes docentes legem aut medicinam, in sacerdotes qui præfecturas laicales suscipiunt, in clericos qui locant domos usurariis, aut bona ecclesiæ alienant, aut ultra triennium ea locant, in concionatores qui impugnant montes pietatis, in eos qui fidee renuntiant aut permutant beneficia, in præsumentes absolvere a casibus Bullæ *Cænæ*, in eos qui in aliquod officium ecclesiasticum se ingerunt sine licentia Episcopi, in raptos mulierum et iis cooperantes, in ingredienties monasteria monialium sine licentia superioris, in cogentes mulierem invitam ad ingrediendum monasterium, etiam pro educatione, nisi a recta morum via aberraverit, vel nimia sint apud parentes pericula pro ejus pudicitia; non item est de maribus, tamen non excusantur a mortali qui eos cogunt ad ingrediendum aliquod monasterium, etiam pro sola educatione, justa deficiente causa. Excommunicantur qui impediunt ne mulier ingrediatur monasterium ad profitendum.

8. Excommunicationes reservatæ Papæ extra Bullam *Cænæ* sunt: in incendiarios denunciatos, in frangentes et spoliantes ecclesias, in vexantes eos qui ferunt censuras, in dantes aut recipientes aliquid ut admittatur quis in religionem, aut ut obtineatur aliqua gratia vel justitia Romæ, in committentes simoniam realem aut confidentialem, in duellatores, patrones, consultores, fautores, et spectatores qui sua assisten-

tia incitant ad pugnam, in usurpantes bona ecclesiarum, aut aliorum locorum priorum, in exigentes tributa ab ecclesiasticis, in violantes interdictum, in publicantes falsas indulgentias, in retinentes fructus beneficii vacantis, aut impediens possessionem, in sustinentes opiniones damnatas, in Parochos non residentes, in regulares viaticum ministrantes, aut absolventes a reservatis Episcopis, in defendentes praxim interrogandi de nomine complices, in confessarios qui absolvunt complices peccati turpis, in defendentes sententiam oppositam immaculatæ Conceptioni, et pariter in assertentes hanc piam sententiam esse articulum fidei, nam est tantum pia sententia ubique recepta, pro qua defendenda moriens martyr esset, talis enim cultus erga B. V. est actus religionis pro quo defendendo potest acceptari martyrium (*S. Thom., Ben. XIV. de Can. l. 1, c. 14, n. 13*); in quamcumque personam utriusque sexus, etiam infantem, quæ ingreditur monasterium claustrale monialium sine licentia scripta Episcopi vel superioris, et vetatur ipsis Episcopis et Prælatibus regularibus sub gravibus pœnis ingressus sine necessitate, in qua paucos debent habere socios. Licentia non requiritur scripta pro iis quorum opera monialibus est jugiter necessaria, sed debet esse pro persona designata; Prælati potest superiorissæ committere hanc licentiam concedere. Confessarius pro infirma ingrediatur cum cotta et stola, et ad alias monasterii partes non divertat, regularis cum socio, secularis solus, sed eos comitantes semper videant. Medicus omni trimestri licentiam renovet, solus ingrediatur, duabus e senioribus comitatus; item omnes operarii necessarii, sed deficiente illo cui licet, alius ei non potest sufficere sine nova licentia.

9. Vetatur sub pœna excommunicationis, sed ferendæ sententiæ ab Episcopo, laicis, et suspensionis clericis, ne frequentent colloquia monialium. Regulares accedentes ad colloquendum cum monialibus, etiam ex rationabili causa, peccant mortaliter, quando non adest licentia Episcopi. Idem dicendum de regularibus qui, habita ad moniales concione, cum iisdem, sine licentia Episcopi, etiam de rebus spiritualibus colloquuntur.

10. Excommunicantur a S. Pio V. moniales quæ uno pede e clausura egrediuntur; item mulieres, exceptis Reginis et fundatricibus, quæ claustrum virorum ingrediuntur ipso facto excommunicationem papalem incurrunt.

11. Quod attinet ad percussionem clerici (videndum est in libro quinam intelligantur sub nomine clerici), incurrunt excommunicationem reservatam Pape omnes cuiusvis sexus et ætatis rationis compotes, etiam illi qui efficaciter mandant cum influxu gravi, aut illi dant consensum influentem efficaciter in percussionem, aut factam approbant in certis casibus, item qui non impediunt cum ad id tenentur ex iustitia aut officio, quoties injuria censetur gravis ratione reverentiæ clerico debitæ. Sufficit percussio etiam levis, imo conspuere, luto inquinare, vestem scindere, in carcerem conjicere, habens equum retinere. Non excommunicantur fures qui vim non adhibent, sed clam surripiunt clerico, nec illi qui percussant joco, aut sine culpa gravi, nec parentes aut præceptores qui per modum correctionis et moderate verberant. Excusantur pueri tonsurati qui se invicem pugnis percussant, illi qui se defendunt cum moderamine inculpatae tutelæ, et illi qui ob iram subitanam sine advertentia agunt.

12. In Bulla *Cana*, principalis excommunicatio reservata est illa quæ fertur contra hæreticos, eorum fautores, et scienter retinentes, legentes, imprimentes, vendentes, ementes, defendentes eorum libros de religione tractantes, vel hæresim continentés, (non autem libros mere scientificos) licet intentio sit eos confutandi; excipe si aliquis doctus legeret ut converteret hæreticum, et res non pateretur moram ad petendam licentiam. Eam incurrunt illi qui ex errore intellectus, et cum pertinacia voluntatis amplectuntur opinionem quam sciunt oppositam doctrinæ Ecclesiæ, aut qui dubitant positive de articulo fidei, nam qui negative dubitat, non iudicando, sed suspendendo iudicium, peccat quidem, sed non incurrit censuram. Hæreticus autem, et positive dubitans ad incurrendam censuram debet errorem verbis aut signis manifestare animo profitendi, licet nemini innotescat.

13. Qui legunt, retinent libros ex professo obscænos puniuntur a Sixto V. excommunicatione reservata.

14. Scripta damnata tamquam suspecta de hæresi et in Indice romano contenta, prohibita sunt sub excommunicatione, sed non reservata.

15. Irregularitas ex homicidio, aut mutilatione incurritur a mandantibus, consulentibus, et quandoque a cooperantibus, non autem ab illis qui se defendunt.

DE PRIVILEGIIS.

1. Privilegiatus non tenetur uti suo privilegio, nisi eo uti expediat bono communi, ut privilegium immunitatis quo omnes ecclesiastici uti tenentur. Regulares non possunt renunciare suis privilegiis. Privilegia gratiosa late sunt interpretanda, stricte autem odiosa, aut illa quæ cedunt in præiudicium aliorum, si conces-

sa sint personæ particulari; si autem communitati, latissime interpretentur.

2. Ex Bulla S. Pii V sæculares possunt audire Missam et conciones in ecclesiis Regularium, et ibi præcepto satisfacere.

3. Ecclesiastici jure divino sunt exempti a potestate sæculari quoad materias spirituales, ut Ordines, Electiones; circa suas personas et loca, saltem jure canonico sunt exempti. Cæterum tenentur in conscientia, sed non vi coercitiva, illis legibus civilibus quæ non repugnant eorum statui. Exempti sunt in omni causa spectante ad forum ecclesiasticum, excipe si inveniatur sine veste clericali, aut cum armis prohibitis, aut in flagranti delicto, nam tunc possunt incarcerari, ut postea curiæ ecclesiasticæ remittantur. Circa bona ecclesiastica non tenentur solvere vectigal.

4. Omnes delinquentes christiani ad loca sacra confugientes gaudent immunitate, et qui eos extrahere tentant incurrunt ipso facto excommunicationem reservatam Papæ vel Episcopo: excipiuntur latrones publici, depopulatores agrorum, omnes homicidæ, hæretici notorii, et rebelles contra personam Principis.

5. Episcopi, juxta Trid. sess. 24. cap. 5., possunt dispensare in omnibus irregularitatibus et suspensionibus Papæ reservatis, excepto homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum, si delictum sit occultum, nempe tantum septem vel octo personis notum in civitate; item possunt absolvere per se vel per alium ad id specialiter deputatum a casibus papalibus occultis, non autem dispensare in irregularitate occulta ex defectu, nisi sit dubia. His facultatibus privantur Episcopi in locis ubi Tridentinum non est receptum, nam valde incongruum esset ut Concilii gau-

12. In Bulla *Cana*, principalis excommunicatio reservata est illa quæ fertur contra hæreticos, eorum fautores, et scienter retinentes, legentes, imprimentes, vendentes, ementes, defendentes eorum libros de religione tractantes, vel hæresim continentes, (non autem libros mere scientificos) licet intentio sit eos confutandi; excipe si aliquis doctus legeret ut converteret hæreticum, et res non pateretur moram ad petendam licentiam. Eam incurrunt illi qui ex errore intellectus, et cum pertinacia voluntatis amplectuntur opinionem quam sciunt oppositam doctrinæ Ecclesiæ, aut qui dubitant positive de articulo fidei, nam qui negative dubitat, non iudicando, sed suspendendo iudicium, peccat quidem, sed non incurrit censuram. Hæreticus autem, et positive dubitans ad incurrendam censuram debet errorem verbis aut signis manifestare animo profitendi, licet nemini innotescat.

13. Qui legunt, retinent libros ex professo obscænos puniuntur a Sixto V. excommunicatione reservata.

14. Scripta damnata tamquam suspecta de hæresi et in Indice romano contenta, prohibita sunt sub excommunicatione, sed non reservata.

15. Irregularitas ex homicidio, aut mutilatione incurritur a mandantibus, consulentibus, et quandoque a cooperantibus, non autem ab illis qui se defendunt.

DE PRIVILEGIIS.

1. Privilegiatus non tenetur uti suo privilegio, nisi eo uti expediat bono communi, ut privilegium immunitatis quo omnes ecclesiastici uti tenentur. Regulares non possunt renunciare suis privilegiis. Privilegia gratiosa late sunt interpretanda, stricte autem odiosa, aut illa quæ cedunt in præiudicium aliorum, si conces-

sa sint personæ particulari; si autem communitati, latissime interpretentur.

2. Ex Bulla S. Pii V sæculares possunt audire Missam et conciones in ecclesiis Regularium, et ibi præcepto satisfacere.

3. Ecclesiastici jure divino sunt exempti a potestate sæculari quoad materias spirituales, ut Ordines, Electiones; circa suas personas et loca, saltem jure canonico sunt exempti. Cæterum tenentur in conscientia, sed non vi coercitiva, illis legibus civilibus quæ non repugnant eorum statui. Exempti sunt in omni causa spectante ad forum ecclesiasticum, excipe si inveniantur sine veste clericali, aut cum armis prohibitis, aut in flagranti delicto, nam tunc possunt incarcerari, ut postea curiæ ecclesiasticæ remittantur. Circa bona ecclesiastica non tenentur solvere vectigal.

4. Omnes delinquentes christiani ad loca sacra confugientes gaudent immunitate, et qui eos extrahere tentant incurrunt ipso facto excommunicationem reservatam Papæ vel Episcopo: excipiuntur latrones publici, depopulatores agrorum, omnes homicidæ, hæretici notorii, et rebelles contra personam Principis.

5. Episcopi, juxta Trid. sess. 24. cap. 5., possunt dispensare in omnibus irregularitatibus et suspensionibus Papæ reservatis, excepto homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum, si delictum sit occultum, nempe tantum septem vel octo personis notum in civitate; item possunt absolvere per se vel per alium ad id specialiter deputatum a casibus papalibus occultis, non autem dispensare in irregularitate occulta ex defectu, nisi sit dubia. His facultatibus privantur Episcopi in locis ubi Tridentinum non est receptum, nam valde incongruum esset ut Concilii gau-

deret privilegiis qui onera subire recusat. Nomine Episcopi veniunt Vicarii Capitulares Sede vacante, non vero Vicarii Episcoporum. Eadem possunt Episcopi erga peregrinos qui versantur in sua Diocesi, sed non possunt absolvere a reservatis cum censura ab aliis Episcopis. Vigore Bullæ *Cænæ*, Episcopis ablata fuit præfata facultas Tridentini respectu hæresis occultæ et aliorum casuum per ipsam Bullam reservatorum; sed potest Episcopus ut delegatus apostolicus absolvere hæreticum etiam notorium quoad forum externum, facta prius abjuratio coram notario et testibus, et postea potest absolvi a peccato hæresis a quolibet confessario. Episcopus potest per se, vel per alium absolvere ab omnibus casibus papalibus, etiam ab hæresi, impeditos ire Romam, ut senes, mulieres, infirmos, impuberes, pauperes et alios omnes qui habent alias justas causas quibus ab itinere rationabiliter excusentur, plerique tales sunt; et ita impediti in perpetuum (quod ita judicatur si impedimentum durat ad annos quinque) non tenentur recurrere Romam per procuratorem vel epistolam. Quando penitens nequit se præsentare Papæ ut a censura papali absolvatur, tenetur ad Episcopum recurrere; quando autem nec illud est possibile, etiam extra mortis articulum, valde probabile est quod possit a simplici confessario absolvi, cum obligatione se præsentandi Episcopo cessante impedimento, sub pena secus reincidendi; idem dicendum de reservatis Episcopo.

6. Absolutio quarundam censurarum reservatur Episcopo, ut percussio levis et occulta clerici, abortus fetus animati procuratio, et omnes aliæ quas sibi reservat Episcopus.

7. Potest Episcopus dispensare in impedimentis di-

rimentibus dubiis, imo et in certis, modo Matrimonium sit jam contractum, recursus ad Papam sit difficilis, imminet periculum scandali, aut infamiæ, aut incontinentiæ, et modo non ambo mala fide contraxerint. Si autem facile possit obtineri dispensatio a Papa, et conjuges sint in bona fide, in ea relinquuntur, donec dispensatio obtineatur. Quando jamjam contrahendum est, et imminet periculum infamiæ, et recursus ad Papam est difficilis, Episcopus potest dispensare. Imo, dato casu quod sponsi jam ad ecclesiam pervenerint, et unus ex eis manifestaret confessario impedimentum occultum contractum tanquam peccatum, et sine infamia non posset differri Matrimonium, declaret confessarius non obligare tunc legem impedimenti, et jungantur, sed ad cautelam dispensatio a Papa postea obtineatur; hoc currit si Episcopus absit, nam ad eum, si fieri potest recurrendum est ut dispenset.

8. Episcopi non possunt permittere ut celebretur Missa perpetuo nisi in oratoriis a se benedictis, habitis ut publicis, quorum janua sit ad viam publicam; possunt autem in itinere celebrare per se vel per alium in quacumque domo. Episcopus non potest sine necessitate permittere ut celebretur in domibus privatis, nisi per transennam, durante infirmitate, aut alia quadam necessitate accidentali et justa, quod præsertim potest et debet concedi sacerdoti infirmo.

9. Superiores Regularium, etiam locales, possunt absolvere subditos, novitios et commensales ab omnibus casibus et censuris non reservatis Papæ, etiam ante ingressum incursum; item ab omnibus casibus papalibus occultis, prout valent Episcopi erga suos subditos, (non autem a casibus Bullæ *Cænæ*) et a qualibet

percussione clerici, etiam gravi et publica. Possunt quoque absolvere sæculares ab omnibus casibus et censuris Papæ reservatis, (exceptis casibus Bullæ Cœnæ, et percussione clerici, duello, violatione immunitatis, et clausuræ monialium ob pravum finem, simonia, et omnibus casibus quos sibi reservant Episcopi, licet omnes isti casus sint occulti). Hæc potestas valet tantum pro foro interno. Regulares nullibi possunt excipere confessiones sæcularium quin ab Episcopo loci approbentur, et, si velit, examinentur. Possunt dispensare cum suis subditis in quacumque irregularitate ob delictum, aut ob defectum; insuper in præceptis ecclesiasticis, præsertim in dubio utrum res dispensatione egeat, ut in jejniis, abstinentiis, recitatione officii, observatione festorum, non ad longum tempus; item quoad regulas religionis, quoad abbreviationem Breviarii in infirmitatibus, aut laboribus extraordinariis. Confessarii regulares mendicantes, modo habeant ad hoc licentiam specialem a superiore sui monasterii, possunt irritare, remittere et dispensare vota et juramenta, et dispensare cum conjugibus quoad impedimentum ad petendum debitum propter incestum cum consanguineo conjugis, idem est de voto castitatis ante vel post matrimonium elicito, et probabiliter etiam in casu necessitatis possunt dispensare cum sponsis, ut possunt Episcopi, in voto castitatis, ad contrahendum matrimonium. Regulares in itinere, si non habeant socium sui ordinis, possunt confiteri cuique sacerdoti, etiam non approbato.

10. Quoad Ordines, regulares non recipiant litteras dimissoriales ab Episcopis, sed à suis Superioribus. alioquin peccant graviter et incurrunt suspensionem. Debent examinari et ordinari ab Episcopo loci ubi

morantur; et si alibi mittendi sint, quia Episcopus abesset, aut non haberet ordinationem, ferant de hoc attestationem ab Episcopo domicilii. Possunt ordinari extra tempora, et in tribus diebus festivis. Possunt celebrare in suis ecclesiis saltem tribus horis ante ortum solis. Cum licentia superioris, possunt etiam tonsurati concionari in suis ecclesiis; petita tantum benedictione Episcopi, in aliis autem ecclesiis non sine approbatione Episcopi, qui potest eos examinare, imò in certis casibus eos suspendere et punire.

DE CHARITATE ET PRUDENTIA

CONFESSARIUM.

1. Distinguatur occasio voluntaria a necessaria, remota a proxima, per se respectu omnium, aut per accidens respectu alicujus personæ: attendatur frequentia peccatorum, aut evidens periculum peccandi, aut scandalum aliorum. Sit rigorosus confessarius ubi agit de periculo peccati formalis, et raro acquiescat dicentibus ex separatione magnum oriturum scandalum, nam si alii ignorent, nihil suspicabuntur si autem sciant, multo magis mirabuntur quod post confessionem occasionem non auferat. Distinguit S. Carolus occasiones quæ non sunt *in esse*, ut blasphemare in ludo, in caupona, et ait quod si penitens promittat firmiter ab iis occasionibus in posterum se abstinere, potest experiri confessarius dando absolutionem usque ad ter, sed non ultra, nisi aliqua emendatio appareat; si autem occasio sit *in esse*, ut ei qui concubinam domi detinet, omnino neganda est absolutio, donec occasio prius auferatur, nisi cum promissione remotionis occasionis adesset dolor vere extraordinarius,

et pœnitens non posset redire nisi post longum tempus, et insuper modo alii confessario fidem jam non frerit. Si autem occasio sit proxima et necessaria, fiat remota, adhibendo ad hoc remedia; et toties quoties censetur dispositus debet absolvi. Hinc absolutionis capaces sunt qui nolunt relinquere domum aut officium ubi soliti fuerunt peccare, quia nequeunt deserre sine magno detrimento, modo verum habeant propositum, et media assumant; sed interdum utile est eis absolutionem differre. Scriptura non dicit quod peribit qui est in periculo, sed qui illud amat. Si autem manendo in occasione proxima voluntaria semper eodem modo relabatur, etiam adhibitis remediis, omnino neganda est absolutio donec occasionem tollant, nam si oculus tuus scandalizat te, etc. Ubi agitur de liberando pœnitente a peccato formali, utamur opinionibus benignioribus, sed ubi opiniones benignæ periculum peccati formalis proximius reddunt, utamur rigidioribus.

2. Habitati qui peccata nondum sunt confessi, si bene sint dispositi, possunt absolvi prima vice qua confitentur de pravo habitu; si tamen habitus est inveteratus, absolutio potest differri donec aliqua media adhibuerint. Recidivi qui post confessionem eodem modo sunt relapsi sine ulla emendatione, nisi dent signa extraordinaria, ne una quidem vice possunt absolvi; differantur ad 8, 10, 15, 20, dies ad summum, ut suadet Bened. XIV; et si peccatum procedit ex fragilitate intrinseca, etiam minus. Curet confessarius ut illos disponat, raro enim prodest recidivis dilatio, sed multo magis gratia sacramenti. Aliud est si lapsus procedat ex occasione extrinseca quam pœnitens non vitavit. Sæpius vocentur ad confessionem omnes recidi-

vi; ut autem absolvantur statim, non sufficiunt signa ordinaria, requiruntur extraordinaria, v. g. verba ex corde procedentia, minutio peccatorum in eisdem circumstantiis, aut certe major resistentia, fuga occasionis, observatio remediorum, præsertim si ab alio confessore non fuerint data, spontanea et difficilis confessio, motus cordis extraordinarius, confessio peccatorum antea tectorum, jam facta restitutio rei alienæ aut famæ; signum autem minus utile est tempus seu dilatio, gratia enim tempus non requirit quod indirecte tantum, dum illa signa directe dispositionem ostendunt. Numquam potest adesse certitudo physica de dispositione, sufficit moralis. Si pœnitens relapsus est ex fragilitate intrinseca, iterum dico raro expedire dilationem absolutionis, etiam pro mollitie, quando putatur dispositus, debet absolvi; aliter autem agendum cum eo qui relabatur ob occasionem extrinsecam, etiam necessariam. Pro pollutione valde utilis est frequens confessio, ait S. Phil. Neri, et Card. Toletus addit nullum remedium ad hoc esse efficacius, et qui eo non utuntur emendationem non possunt sperare, nisi per miraculum.

3. Peccat ille confessarius qui indispositos absolvit, sed non minus ille qui dispositos sine absolutione dimittit. Valde male agunt illi qui recidivos absolvent, præsertim peccantes ob occasionem extrinsecam, sine signo extraordinario, sine admonitione, et quin ipsis remedia præscribant.

4. Maxima requiritur cautio quando agitur de iis qui absolutionem petunt ut sacros Ordines recipiant; debent certe diu probari, si opus sit, Ben. XIV. Syn. l. 11. c. 17. 18., et in hoc consentiunt omnes Doctores cum S. Thoma, qui (2. 2. q. 184. a. 8.) ait: *Ordines sacri præerigunt sanctitatem.*

5. Curet confessarius ut omnes sciant ea quæ necessaria sunt necessitate medii et præcepti. Sciscitetur, ubi opus est de scandalo, de cooperatione: item an parentes filios doceant, corripiant, scandalizent, an illis permittant colloquia privata periculosa, an eos simul dormire sinant, an cogant circa electionem status? An domini servis invigilent, an uxores debitum negent? nam propter hoc multe damnantur. An pœnitens proximo grave malum optaverit, an de eo gavisus sit, famam abstulerit, discordias excitaverit, odia fovērit? An cogitationibus, desideriis impuris deditus, quodnam horum fuerit objectum? An verba obscœna coram aliis? In omnibus scire expedit an sit consuetudo. Si Sacerdos accedat, interrogetur an rite celebret et confessiones audiat, an satisfecerit Horis, et oneribus Missarum intra tempus debitum? an gratias agat? Confessarius qui ob respectus humanos aliquem dissuadet a vocatione religiosa, a mortali nequit excusari, ait S. Thomas. Cum Sacerdotibus sit confessarius suavis et urbanus, sed fortis in monendo et in deneganda absolutione recidivis, si opus sit, licet eam peccant in sacristia. Si accedat Parochus, an invigilet, corripiat, concionetur? An Medicus suo fungatur officio circa licentiam pro edendis carnibus, circa curam pauperum, an admoneat ægrotos de periculo ut admistrentur. Non est sciscitandum a pueris circa pollutionem an fuerit seminis effusio, nam melius est ut desit integritas materialis confessionis, et non edoceantur ea quæ feliciter ignorant. Pueri disponantur ad absolutionem, si opus sit. Pro electione status, bene examinet confessarius motiva impellentia, non absolute determinet, sed tantum ex indiciis suadeat; avertat a religione laxa, et præcipuam curam adhi-

beat si pœnitens cupiat esse sacerdos sæcularis, in quo statu multa sunt pericula. Raro valde permittat votum castitatis perpetuæ. Attendat ad eos qui nubere debent, cum sint incontinentes, et remedia adhibere nolunt quibus continentes fiant. Non permittat ut puellæ doceantur a viris legere, multo minus scribere, et si non obtemperent, nec eas nec matres absolvat. Si homines feminarum comas componunt, valde periculosum erit ne peccent.

6. Ordinarie non imponat mortificationes externas, non tribuat nisi postulas, et quandoque minus quam postulatur. Saudeat præsertim mortificationem gulæ, oculorum, aurium, linguæ, ut pœnitens omni cibo sit contentus, adversa obvenientia patienter ferat.

7. Cum moribundis confessio potest abbreviari, ea conditione ut si convalescant integra fiat, cura sit doloris; si assistentes non possint discedere, sufficit ut ægrotus se accuset generice, et in particulari de aliquo peccato levi. Conetur confessarius ut restitutiones, cum possibile est, statim fiant.

8. Dum infirmus sui compos est, absolutionem ei pluries conferre post brevem reconciliationem juvabit; si in lethale incidat, ne exterreatur, sed conteratur et statim absolvatur. Si sensibus sit destitutus, et nullum signum det (monendus erit ut det quantum potest) sufficit eum absolvere omni quarta hora, sæpius si jamjam moriturus est, aut hoc putatur utile juxta cognitionem ejus conscientie.

FINIS.

SUMMA OPERIS.

<i>De Legibus.</i>	1
<i>De Peccatis.</i>	3
I. <i>Præceptum.</i>	ib.
II. <i>Præceptum.</i>	4
III. <i>Præceptum.</i>	5
IV. <i>Præceptum.</i>	6
V. <i>Præceptum.</i>	8
VI. <i>Præceptum.</i>	10
VII. <i>Præceptum.</i>	ib.
<i>De Restitutione.</i>	12
<i>De contractibus.</i>	25
VIII. <i>Præceptum.</i>	32
<i>De Præceptis Ecclesie.</i>	34
<i>De Officiis nonnullorum Sæcularium.</i>	36
<i>De Sacramentis in genere.</i>	38
<i>De Eucharistia.</i>	39
<i>De Pœnitentia.</i>	42
<i>De Extrema Unctione.</i>	57
<i>De Matrimonio.</i>	ib.
<i>De Censuris.</i>	71
<i>De Privilegiis.</i>	78
<i>De Charitate et Prudentia Confessarii.</i>	83



DOCTRINAS SELECTAS

DEL LIBRO INTITULADO

HOMO APOSTOLICUS

—DE—

S. ALFONSO M. DE LIGORIO.

Seguido del índice práctico moral para confesar moribundos escrito por el padre

Francisco Javier Lazcano,

MEXICANO.



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS PUEBLA.

TIP. DE TOMAS F. NEVE Y C.
calle de Morados núm. 9.


1860.



DIRECCIÓN GENERAL

Licencia del Ordinario.

Sr. Gobernador de la sagrada Mitra.
—El cura que suscribe, ante V. S. con el debido respeto dice: que considerando la comodidad y utilidad que habrá de resultar á los sacerdotes de la Diócesis, del uso de buenos libros, reducidos á menor volúmen, intenta reimprimir las „Selectas del *Homo Apostolicus* de S. *Ligorio*,” agregándoles el „Índice práctico Moral para confesar moribundos” del padre Lazcano, sábio Jesuita mejicano, [suprimiendo de este último algunos capítulos que ya no están en práctica]; y además un pequeño Manual con lo mas principal del ministerio, arreglado en todo al que está mandado usar en la




Diócesis; pero debiendo obtener primero la licencia necesaria, á V. S. suplica encarecidamente se sirva concederla en lo cual recibirá gracia.—Puebla, Diciembre 13 de 1859.—*Miguel G. Martinez.*

Puebla, Diciembre 13 de 1859.—En atención á la utilidad que resulta al clero de ésta Diócesis, de la lectura de los Manuales de que habla el párroco suplicante, le damos la licencia que solicita para reimprimirlos, bajo la precisa condicion de que antes de darse á luz, revise los primeros ejemplares que se tiren. Lo decretó el Sr. Gobernador de la Mitra, por ausencia del Illmo. Sr. Obispo etc.

M. Irigoyen.—Ante mí, *J. Joaquin Viveros*, oficial mayor de gobierno.

Cum ex Decretis Apostolicis in causa Beatificationis ALPHONSI MARIE DE LIGORIO editis constet in ejus doctrina nihil censura dignum fuisse repertum, eumque hanc suam doctrinam in praxim deducendo inter Sanctos fuisse annumeratum, scopus Editoris hujus libelli fuit sensa ejusdem Beati circa quationes majoris momenti paucis verbis exprimere, ut ea Sacerdotes sapius legere possint, et si opus sit, in ipso poenitentiae Tribunali ad memoriam revocare.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



IN FESTO

S. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO.

ORATIO

Deus, qui per S. ALPHONSUM Confesorem tuum, atque Pontificem animarum zelo succensum Ecclesiam tuam nova prole foecundasti, quæsumus ut *ejus salutaribus monitis edocti et exemplis roborati*, ad te pervenire feliciter valeamus. Per Dominum, etc.

CONSULTATIO

EMIN. AC REVER.

D. D. CARDINALI POENITENTIARIO MAIORI

Eminentissime

LUDOVICUS FRANCISCUS AUGUSTUS, CARDINALIS DE ROHAN-CHABOT, ARCHIEPISCOPUS VESONTIONENSIS, doctrinæ sapientiam et unitatem fovere nititur apud omnes Dioecesis suæ, qui curam gerunt animarum: quorum nonnullis impugnatibus ac prohibentibus Theologiam moralem Beati Alphonsi Mariæ *de Ligorio*, tanquam laxam nimis, periculosam saluti, et sanæ morali contrariam,

VIII.

Sacrae Penitentiariae oraculum requirit, ac ipsi unius Theologiae Professoris sequentia Dubia proponit solvenda:

1. ° *Utrum Sacrae Theologiae Professor opiniones, quas in sua Theologia morali profitetur Beatus Alphonsus de Ligorio, sequi tuto possit ac profiteri?*

2. ° *An sit inquietandus Confessarius, qui omnes Beati Alphonsi de Ligorio sequitur opiniones in praxi Sacri Poenitentiae Tribunalis, hac sola ratione, quod a Sancta Sede Apostolica NIHIL IN OPERIBUS ILLIUS CENSURA DIGNUM REPERTUM FUERIT?*

Confessarius, de quo in Dubio, non legit opera Beati Doctoris nisi ad cognoscendam accurate ejus doctrinam, non perpendens momenta rationesve quibus variae nituntur opiniones: sed existimat se tuto agere eo ipso quod doctrinam, quae nihil censura dignum confinet, prudenter judicare queat sanam esse, tutam, nec ullatenus sanctitati evangelicae contrariam.


DECISIO.

SACRA POENITENTIARIA, perpensis expositis, Reverendissimo in Christo Patri S. R. E. Cardinali Archiepiscopo Vesontionensi respondendum censuit:

Ad primum Quaesitum, Affirmative: quin tamen inde reprehendendi censentur qui opiniones ab aliis probatis Auctoribus traditas sequuntur.

Ad secundum Quaesitum, Negative: habita ratione mentis Sanctae Sedis circa approbationem scriptorum Servorum Dei ad effectum Canonizationis.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 5. ^{to} julii 1831.



x.

A. F. DE RETZ, *Sacra Poenitentiarie Regens.*

F. FRICCA, *Sacra Poenitentiarie Secretarius.*

Concordat cum originali in actis Cancellariae Episcopalis Vesontionensis existente, ideoque ut reimprimatur permittimus.

Novariae in Episcopali Cancellaria die 15 Junii 1840.


C. AVOGADRO A. VALDENGO.

L. S.

Emmi. Epi. Auditor gen.
P. PIZZALA, *Pro-Canc. Ep.*

DE LEGIBUS.

1. CONTEMPTUS legis, ut sit mortalis, debet esse formalis, qui tunc est, cum aliquis ideo transgreditur legem, quia lex est, et illi non vult subiacere.
2. Lex mixta videtur obligare ad poenam, et culpam.
3. Lex humana obligat cum gravi incommodo, si hoc postulat bonum publicum, vel si transgressio redundaret in contemptum fidei.
4. Lex humana videtur tollere naturalem obligationem, v. g. in contractibus et testamentis initis sine



x.

A. F. DE RETZ, *Sacra Poenitentiarie Regens.*

F. FRICCA, *Sacra Poenitentiarie Secretarius.*

Concordat cum originali in actis Cancellariae Episcopalis Vesontionensis existente, ideoque ut reimprimatur permittimus.

Novariae in Episcopali Cancellaria die 15 Junii 1840.

C. AVOGADRO A. VALDENGO.

L. S.

Emmi. Epi. Auditor gen.
P. PIZZALA, *Pro-Canc. Ep.*

DE LEGIBUS.

1. CONTEMPTUS legis, ut sit mortalis, debet esse formalis, qui tunc est, cum aliquis ideo transgreditur legem, quia lex est, et illi non vult subjacere.
2. Lex mixta videtur obligare ad poenam, et culpam.
3. Lex humana obligat cum gravi incommodo, si hoc postulat bonum publicum, vel si transgressio redundaret in contemptum fidei.
4. Lex humana videtur tollere naturalem obligationem, v. g. in contractibus et testamentis initis sine

solemnitatibus, in debitis filiorumfamilias; et tunc non adesset obligatio solvendi.

5. Possunt apponi impedimenta extrahentia ab obligatione legis humanæ, non autem impedimenta de obligantia; hinc potest quis licite alio pergere, ne festum servet; et e contra non potest sine justa causa laborem assumere, quo prævidet jejunium impeditum iri.

6. Leges Summorum Pontificum obligant post promulgationem Romæ factam eos quibus innotescunt, præsertim si sint appositæ clausulæ, id est: *Ut autem præsentis Litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant*, etc., et alia: *Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis*, etc.

7. Epistolæ Pontificiæ, Responsalia, sive Declarationes non insertæ in Corpore juris, dummodo sint sufficienter promulgatæ, obligant.

8. Decreta S. Congregationis Rituum habenda sunt ut oracula Pontificis; ejus vero Declarationes, ut responsa sapientissimorum viro-

rum. Declarationes aliarum Congregationum, nuli dubium, quod in casibus particularibus, pro quibus fiunt obligant, ut leges.

9. Lex pœnalis fundata in falsa præsumptione facti non obligat; qui solvit potest sibi compensare.

10. Pueri non videntur statim post adeptum usum rationis teneri legibus Ecclesiæ; tenentur tamen legi anuæ Confessionis, si mortaliter peccaverint; ex capite: *Omnis utriusque sexus (de Pœnit.)*; etiamsi nondum septimum annum attigerint.

11. Peregrini non tenentur legibus suæ patriæ, nec videntur teneri legibus alterius loci, nisi habeant ibi quasi domicilium; a pari Episcopus non potest dispensare cum illis.

12. Dispensationes a sacra Pœnitentiaria possunt obtineri pro inscio, et invito, modo a Confessario, vel a consanguineo usque ad quartum gradum.

DE PECCATIS.

1. Numerus peccatorum desumitur ex multiplicitate actuum moraliter interruptorum. Si actus sint mere *interni*, tot sunt peccata, quot sunt actus consensus voluntatis, nisi procederent ab eodem impetu passionis breviter tantum interrupto. Actus interni circa peccata *externa* oris et operis moraliter interruptuntur voluntatis retractatione, et voluntaria cessatione. Actus externi moraliter interruptuntur, cum non respiciunt aliquem actum completum. Numerus peccatorum desumitur quoque ex diversitate objectorum totalium.

2. Non peccat, qui ex necessitate, et adhibendo media præservativa se exponit periculo peccati mortalis.

DE PRÆCEPTIS.

I PRÆCEPTUM.

1. Obligatio eliciendi actus theologiarum virtutum Fidei, Spei videtur esse saltem una vice in anno; circa autem Caritatis actum videtur adesse obligatio singulis mensibus; nec videtur esse necessarium, ut directe, et explicitè eliciantur, et eo fine, ut præcepto fiat satis, sed videtur sufficere, ut indirectè, et implicitè eliciantur.

2. Adest obligatio fraternæ correctionis, quando speratur fructus.

3. Non est scandalum suadere minus malum ei, qui est dispositus ad majus malum patrandum, si eo fine suadeatur ut majus evitet, quia tunc non suadetur malum, sed bonum. Ita licet domino, aut parenti non auferre occasionem furandi servis, aut filiis, qui jam parati sunt ad

furandum, ut in delicto comprehen-
si melius emendari valeant.

4. Cooperatio materialis peccato potest esse licita, 1. si actus tuus sit ex se indifferens; 2. si ex officio non tenearis impedire alterius peccatum; 3. si habeas causam justam, et proportionatam sic operandi, quia quanto actio tua proximior est peccato proximi, eo major debet esse causa, quae te excuset ad eam ponendam; quando vero talis sit justa, et proportionata pendet a prudentum iudicio. Sed non possumus cooperari damno proximi, nisi quando damnum, quod nobis timemus est ordinis superioris.

5. In iis, quae vanas observationes redolent, quin constet, an effectus sit naturalis, saltem protestatio praecedat, cuique diabolico operi nolle consentire.

II PRÆCEPTUM.

1. Cum justa causa potest quis jurare cum aequivocatione, seu res-

trictione non *pure* mentali, id est cum proximus ex circumstantiis potest animadvertere aequivocum; non licet tamen in iudicio.

2. Juramentum in favorem tertii implendum est, semper ac fieri potest sine peccato. Cæterum omne juramentum intelligitur factum sub sequentibus conditionibus: 1. si alter acceptaverit, et non relaxaverit; 2. si non cesset causa finalis, propter quam promisisti; 3. nisi fiat mutatio notabilis non prævisa; 4. si superior non impediatur; 5. si sine gravi damno; 6. si alter promissis steterit.

3. Si quis dubitet an habuerit voluntatem voto se obligandi, aut an adverterit ad obligationem voti, praesumitur obligatio. Dubitans an voverit, non tenetur; an impleverit, tenetur. Si pars voti sit impossibilis, debet impleri pars possibilis, si sit divisibilis. Si plura vota sint impossibilia tenetur vovens ad dignius; si aequalia, ad anterius. Qui vovit potest ipse comutare in me-

lius, secus non: potest reasumi prius opus. Valet votum factum, si occidero inimicum. Potest quis se obligare sub levi in materia gravi, non sub gravi in materia levi. Peccat graviter, qui sine justa causa differt ultra sex menses votum perpetuum.

4. Pro dispensatione causæ sunt: bonum communitatis, Ecclesiæ familiæ, subjecti, periculum transgrediendi, difficultas nimia adimplendi, imperfecta deliberatio, cessatio causæ.

5. Tollitur obligatio irritatione a superiore, relaxatione a Papa, Episcopo, Prælato (non a Parocho,) a confessariis mendicantibus. Excipe vota Religionis, castitatis perpetuæ, et trium peregrinationum, quæ sunt Pontifici reservata, sed in urgente necessitate gravis damni spiritualis aut temporalis dispensant Prælati. Ista eadem 5 vota non sunt reservata, si sint imperfecta, aut disjunctiva.

III PRÆCEPTUM.

1. Artes liberales diebus dominicis etiam cum lucro permittuntur; item venatio, et piscatio, modo sine nimio labore; item vendere necessaria vitæ iis, qui aliis diebus vix emergere possent, saltem statutis horis extra tempus officii divini. Cætera desumenda sunt ex consuetudinibus ipsorum ejusque loci.

2. Laborantes excusat *necessitas* ad propriam, et suorum sustentationem; *opera* quæ interruptionem non patiuntur aut valde urgent; *pietas*, laborando pro pauperibus, vel ecclesiis, saltem annuente Episcopo; *consuetudo* legitima excusat laborante. Vix concedatur ad vitandum otium. Tempus pro peccato mortali videtur esse ultra duas horas laborare. Non videtur peccare mortaliter herus, qui decem servis præcipit singulis horam laboris.

3. Cognoscantur conditiones im-

positæ pro oratoriis privatis. Episcopi videntur posse dispensare, ut celebretur in domibus privatis ad tempus, non autem in perpetuum.

4. Excusantur pro omissione missæ qui custodiunt domum, greges, rhedarii, et alii qui magnum detrimentum subirent eam audiendo.

IV PRÆCEPTUM.

1. Peccant filii, qui invitis parentibus ducunt uxores cum *dedecore* familiae (secus non tenentur obedire in electione status); si non obediant in rebus gravibus et justis.

2. Parentes debent alimenta ministrare etiam illi, qui indigne nupsit, et uxori, si opus sit, et illi qui bona sua dilapidavit.

3. Fratres etiam tenentur alimenta suis fratribus, et dotes sororibus non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate ministrare.

4. Incurrunt excommunicationem, qui puellam impediunt ne in-

grediatur monasterium, et profiteatur vitam religiosam; item qui eam adigunt, et cogunt ad illuc ingrediendum, etiam pro educatione, si domi nulla sint pudicitiae pericula, et nullum crimen admiserit.

5. Peccant domini, qui impediunt servos observare præcepta Dei et Ecclesiae, qui non corripiunt peccantes.

6. Peccant servi, qui non impediunt damnum ab extraneis domino inferri, cum possunt, et tenentur ad restitutionem, si vero a domesticis, peccant tantum contra caritatem non impediendo, nisi cura rei ipsis sit specialiter demandata.

7. Peccat uxor quae bona prioris conjugii filiis inde ortis non servat, de illis enim bonis solus usufructus sibi competit. Tenetur quandoque uxor sequi virum discedentem, vel exulantem.

8. Parochi non residentes (non absint sine licentia Episcopi) vel inutiliter residentes, id est, illi qui per se non exercent munera Paro-

chialia principaliora, scilicet concionem, et sacramentorum administrationem, non faciunt fructus suos, saltem fructus respondententes residentiae, sed debent eos applicare Ecclesiae, vel pauperibus loci, ante quamcumque declarationem, et remota quavis compositione.

Parochus tenetur audire Confessiones toties quoties postulatur, et Communionem pariter dare quoties rationabiliter, et opportune expetitur, et curare, ut pueri decennes parentur ad Communionem.

Tenetur sub gravi ad ministrandam Extremam Unctionem, et quidem, si possit, antequam infirmus sensibus destituatur.

Debet offerre missam pro populo diebus dominicis, et festivis, concionari, et quandoque missionem procurare. Debet docere in agris eos, qui ad Ecclesiam venire non possunt; et si hoc Parocho maximae molestiae futurum esset; debet curare saltem eos instruere tempore praeepti Paschalis, aut cum acce-

dunt ad suscipiendam Confirmationem, aut ad contrahendum Matrimonium.

Parochus rationem Deo reddet pro vicario suo, etiam approbato ab Episcopo.

Episcopus, et Parochus tenentur residere tempore pestis, et vel per se, vel per alium idoneum sacramenta necessitatis, id est Baptismum et Poenitentiam ministrare peste laborantibus.

Parochi, et eo magis Episcopi tenentur etiam cum periculo vitae ad corripiendos subditos qui in mortali existunt, aut in gravi periculo labendi in illud, semper ac fulget emendationis spes; et tenentur non solum ex caritate, sed etiam ex justitia, ita ut si in hoc graviter deliquerint, remanent etiam obligati ad restitutionem partis fructuum. Parochus debet invigilare Clericis, et adlaborare, ut parochiani omnes praeepto Paschali satisfaciant, etiam pueri decennes.

V PRÆCEPTUM.

1. Peccant funambuli qui vitam exponunt.

2. Licet cibum alteri in penuria extrema cedere, tabulam in naufragio, quia aliud est sibi mortem inferre aliud est omittere vitam tueri, quod est licitum justa intercedente causa. Non videtur improbabile, quod virgo possit se exponere mortis periculo, ne violetur. Reus mortis potest scalam ascendere per se ipsum, quia talis actio remote concurrat ad mortem.

3. Nemo, nisi necessarius communitati, tenetur vitam servare mediis valde doloriferis, amputatione tibie, extractione lapidis.

4. Virgo non tenetur, sed potest subire manus Chirurgi in verendis, tenetur autem permittere ut curetur ab alia foemina.

5. Ebrietas est mortalis, quando quis sciens, et volens in eo statu se ponit, in quo non potest malum, et

bonum discernere. Vinum potest sumi tamquam remedium ad expellendos humores, et in tanta quantitate, quae per se ferat ebrietatem, dummodo talis ebrietas non intendatur, sed tantum salus. Ebrio imputantur omnia peccata, quae potuit et debuit praevidere.

6. Judex tenetur sub gravi morte plectendo concedere tempus confitendi peccata.

7. Licet injustum aggressorem occidere, modo non inferatur majus damnum illo, quod necesse est ad vitandum proprium. Licet occidere furem rei magni momenti suae, vel alterius, modo fur ante moneatur. A fortiori licet cum aliud non superest, occidere aggressorem suae, vel alterius pudicitiae.

8. Innocens potest tradi pro bono communi hosti eum occisuro. Non licet subditis tyrannum, sive in titulo, sive in regimine occidere.

9. Abortum procurare ex proposito semper est illicitum, sed non

excommunicantur, nisi post animationem certam omnes, qui principaliter concurrunt, et fiunt irregulares. Mater potest sumere medicinam directe ad medendum morbo, licet cum periculo abortus fetus inanimati, cum morbus est mortalis; directe non potest expellere fetum etiam inanimatum. Si autem fetus sit animatus, idem potest mater in casu, quod nulla spes affulgeat, de vita, et baptismo prolis post mortem matris (quae spes valde rara est).

10. Duellantes, testes ad hoc vocati, consulentes, faventes, excommunicantur excommunicatione reservata Summo Pontifici, si duellum est notorium, et ad forum deductum; si non est notorium, nec ad forum deductum, etiam Episcopi possunt ab ea absolvere. Tales poenae non incurruntur, nisi ex duello stricte accepto, id est praemeditato cum designatione loci, et temporis, et tunc incurruntur etiam duello non secuto.

VI PRÆCEPTUM.

1. In luxuria non datur parvitas materiae, si adsit advertentia et consensus, unde extra matrimonium mortales sunt omnes tactus ob delectationem carnalem exerciti.

2. Mulieri oppressae tutius est consulere ut clamet, et potius mortem pati vi repellendo aggressorem, quam sui violationem permittere.

3. Interrogandum de aspectibus, picturis, verbis, comoediis, choreis, libris, colloquiis; et in desideriis, et actionibus distinguantur personae.

4. Non est obligatio impediendi pollutionem de se evenientem in somno inceptam et in vigilia consummatam, modo absit consensus in delectationem, et ejus proximum periculum ex præterita experientia timendum. Semper tamen expedit, ut homo conetur impedire, quantum potest, saltem avertendo mentem ab illa delectatione, et invocando nomina JESU, et MARIE. Non

peccat graviter, qui semidormiens delectatur de pollutione incepta, quia deest plena advertentia. Vitandae sunt in hac materia causae non necessariae, cavendo a consensu in necessariis, et si saepius adfuerit consensus, neque affulgent emendationis spes prudens, etiam cum periculo vitae, status relinquendus est.

VII PRÆCEPTUM.

1. Ad praescriptionem requiritur: 1. bona fides; 2. titulus saltem praesumptus; 3. possessio continuata sine lite, et tempore requisito; 4. ut res sit apta praescribi. Haeres possessoris malae fidei numquam praescribit.

2. Ut quis utatur licite compensatione occulta requiritur: 1. ut fiat sine damno debitoris; 2. ut creditum sit certum, et liquidum; 3. ut satisfactio alio modo obtineri non possit, quare creditor debet prius in iudicio postulare, quamquam si hoc negligatur, non erit peccatum grave, imo

nec leve si via judiciaria sumptus exigat.

3. Furtum est injusta rei alienae ablatio invito rationabiliter domino.

4. Furta minuta etiam diversis facta, quando praeter primam intentionem ad grave creverunt, obligant sub gravi ad restitutionem ratione injustae detentionis, et quia praecipuum non furandi non solum obligat ne grave damnum inferatur proximo, sed etiam ne quis re aliena ditescat. Pro talibus furtis, qui sine gravi incommodo non potest restituere dominis, restituat pauperibus loci, damnum enim est illatum Reipublicae.

5. Qui simul, sed sine communi consilio, furantur parvam materiam, licet malo exemplo sibi sint, et fiat grave damnum domino, peccant graviter contra caritatem ratione scandalii, sed non contra justitiam, proindeque singuli non tenentur sub gravi ad restitutionem partis ablatae, quia, ut supponitur, materia est le-

peccat graviter, qui semidormiens delectatur de pollutione incepta, quia deest plena advertentia. Vitandae sunt in hac materia causae non necessariae, cavendo a consensu in necessariis, et si saepius adfuerit consensus, neque affulgent emendationis spes prudens, etiam cum periculo vitae, status relinquendus est.

VII PRÆCEPTUM.

1. Ad praescriptionem requiritur: 1. bona fides; 2. titulus saltem praesumptus; 3. possessio continuata sine lite, et tempore requisito; 4. ut res sit apta praescribi. Haeres possessoris malae fidei numquam praescribit.

2. Ut quis utatur licite compensatione occulta requiritur: 1. ut fiat sine damno debitoris; 2. ut creditum sit certum, et liquidum; 3. ut satisfactio alio modo obtineri non possit, quare creditor debet prius in iudicio postulare, quamquam si hoc negligatur, non erit peccatum grave, imo

nec leve si via judiciaria sumptus exigat.

3. Furtum est injusta rei alienae ablatio invito rationabiliter domino.

4. Furta minuta etiam diversis facta, quando praeter primam intentionem ad grave creverunt, obligant sub gravi ad restitutionem ratione injustae detentionis, et quia praecipuum non furandi non solum obligat ne grave damnum inferatur proximo, sed etiam ne quis re aliena ditescat. Pro talibus furtis, qui sine gravi incommodo non potest restituere dominis, restituat pauperibus loci, damnum enim est illatum Reipublicae.

5. Qui simul, sed sine communi consilio, furantur parvam materiam, licet malo exemplo sibi sint, et fiat grave damnum domino, peccant graviter contra caritatem ratione scandalii, sed non contra justitiam, proindeque singuli non tenentur sub gravi ad restitutionem partis ablatae, quia, ut supponitur, materia est le-

vis; non tenentur singuli ad totum, quia non violaverunt justitiam.

6. Uxor potest invito marito dare filiis primi matrimonii de bonis communibus, et etiam viri quantum sufficit, ut juxta eorum statum vivant (sed debet, facere ut post mortem suam data compensentur filiis secundi); item de istis bonis potest dare necessaria parentibus, pauperibus; aliis vero modicas eleemosynas.

7. Valde cavendum est, ne obligentur ad restituendum ii qui non tenentur. Possessor praecipue bonae fidei non debet cogi ut se privet bonis suis, nisi constet eum injuste possidere alienum.

DE RESTITUTIONE.

8. Restitutio est actus justitiae (laesio contra caritatem non inducit obligationem restitutionis) commutativae (non sufficit, si laedatur legalis, aut distributiva) quo reparatur damnum proximo illatum per in-

juriam. Radices illius sunt ex injusta acceptatione et damnificatione, ex injusta retentione, et ex obligatione contractus.

9. Ob solam culpam juridicam nemo tenetur in conscientia ad restitutionem sub gravi, nisi adsit culpa theologica gravis. Hinc, qui non intendit, nec praevidet damnum proximi, saltem in confuso, licet det operam rei illicitae, non tenetur ad restituendum. Hinc pariter, qui ex indeliberatione actus, aut ex deficientia perfecti consensus, leviter tantum peccat afferendo grave damnum proximo, neque sub levi tenetur illud reparare.

10. Non videtur sufficere culpa juridica, ut teneatur quis in conscientia ad restituendum aut solvendum ratione contractus, aut officii, nisi constet contrahentem voluisse se subjicere soli culpae juridicae.

11. Comprehenduntur sequentibus versibus omnes qui tenentur ad restitutionem:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

1. *Jussio.* Qui jussit expresse, aut tacite damnum, et ante executionem non revocavit.

2. *Consilium.* Qui consilium dedit tenetur ad restitutionem sub gravi, si dando consilium peccavit graviter, et materia sit gravis; non autem sub gravi, si tantum leviter male consulendo peccavit; tenetur tamen postea ex justitia facere quantum potest sine suo gravi incommodo, ut impediat damnum. Si autem executor, secluso consilio jam paratus esset ad damnum, et consilium eum non movisset, non tenetur consulens; si autem dubitatur, an consulens fuerit causa damni, et non sit aliqua certitudo, ad nihil tenetur, et idem dicendum de quolibet alio cooperatore in dubio cooperationis.

Non tenetur ad restitutionem qui parato ad damnum inferendum sua-

det tantum modum, aut tempus, quia non influit in substantiam damni; quoties tamen dubium est an executor voluntatem mutasset, aut dubium est, an damnum dempto tali consilio aeque accidisset, tenetur consilium dans ad restitutionem, nam possidet pravum consilium, quod jam suum certum effectum assecutum est, secus si moraliter esset certus quod damnum sine suo consilio etiam evenisset. Illi, qui paratus est inferre damnum majus, potest suaderi minus, modo sit erga eandem personam.

Consulens non tenetur ad restitutionem, si ante executionem conetur meliori modo possibili dissuadere, et partem admoneat ut caveat ne inferatur damnum; ratio est, quia consilium est mere auctoritativum. Si autem consulens non simpliciter damnum consuluit, sed etiam modum illud exequendi suggestit, non videtur sufficere ad eum excusandum a restitutione, si meliori modo illud revocare conetur, quia modus

suggestus etiam revocato consilio pergit efficaciter influere in damnum proximi; gravissimi tamen auctores dicunt sufficere.

Non tenetur qui ex ignorantia culpabili aliquid suadet alicui in illius damnum, si suadens non habetur pro perito in hac parte, modo non agat ex animo pravo nocendi; secus si peritus haberetur in suo officio advocati, etc.

3. *Consensus.* Qui injuste suffragium dat, et causat, damnum, tenetur: secus si ex ultimis sit, et non causaverit, modo ex communi consensu in conclusionem injustam non convenerit. Cum quilibet suffragium ferentium non est certus, an proprium votum fuerit causa damni, quilibet tenetur pro sua rata ad restitutionem, et si alii non restituant, ad totum, quia quilibet suffragium ferentium est certus, saltem detentius fecisse jus, quod damnum patiens habebat ad recuperandum ab aliis suffragatoribus damnum acceptum, ideoque quilibet tenetur ad

totum damnum, si alii non restituant.

4. *Palpo.* Adulator qui animum addit laudando determinationem repertam in alio ferendi damnum proximo suo, aut abjectionem exprobrando.

5. *Recursus.* Qui furem, aut furta in tuto recipit, tenetur semper ac est causa furti facti, aut faciendi; excepto caupone, qui post furtum adjuvat furem ad fugiendum, aut hospitaliter eum recipit, ex officio, aut amicitia, modo propter hoc non sit causa furtorum faciendorum.

Emptor, etiam malae fidei, rei furtivae potest eam restituere furi ad recuperandum id quod solvit, quia mala fides fecit utique quod emens peccaverit, sed mala fides non potest ei tollere jus quod habet aequae ac emptor bonae fidei ad rescindendum contractum, et per consequens ad reddendam rem furi.

6. *Participans,* vel participat de furto, et tenetur ad illam solam partem quam recipit, modo non fuerit

causa damni ab aliis illati, nam tunc teneretur ad totum; vel participat actioni furti, et tunc, si res sit divisibilis, ut frumenti acerbus, motor principalis tenetur ad totum, reliqui tantum ad suam partem, licet ex communi consilio furentur, modo (excipiendum) alter non moveat, aut excitet animum alterius ad furandum, et idem dicendum si quolibet non concurrente furtum non fiet, nam tunc omnes tenerentur in solidum: si autem res sit indivisibilis ut cum multi incendunt domum, videtur etiam tunc singulos teneri ad solam suam partem, modo quis alios non excitaverit, et sine ejus concursu res etiam evenisset, nam excilians tenetur ad totum: et pariter, si deficiente uno cooperantium damnum non evenisset, tunc (ut dictum est) quilibet teneretur ad totum.

Si quis timore gravis damni inductus cooperatur in alterius damnum, teneturne ad restitutionem? peccatne? Distinguendum: quoad damnum, nemo potest cooperari ad dam-

num alterius, ut liberetur a sibi minato si non cooperetur, quando damnum est ejusdem ordinis; hinc etiam cum periculo mortis meae, teneor denegare gladium volenti occidere inimicum; secus si damnum meum esset altioris ordinis, nam tunc possum cooperari in damnum, v. g., bonorum alterius, ut effugiam mortem, aut infamiam, quia tunc existo in extrema necessitate, et dominus esset irrationabiliter invitus, si repugnaret meae cooperationi.

Quoad peccatum furis, ut avertam a me mala altioris ordinis, puta mortem, aut infamiam, possum ponere actiones pure materiales, ex se indifferentes, ut tradere claves, scalam tenere, vehere furta, nec pecco nec ideo ad restitutionem teneor, quia revera istae actiones sunt mere materiales, et sine peccato exerceri possunt, et per accidens est, quod fur eis abutatur; sed nec metu mortis possum ponere actiones *intrinsece malas*, id est quae augent,

vel confirmant pravam furis voluntatem, ut servare ei humeros, eum certiores facere de modo magis commodo furandi.

Non tenetur ad restitutionem, qui impedit alium, qui vellet avertere damnum proximi, si impediatur solo consilio, aut precibus, quia violat charitatem, et non justitiam: secus si vi, aut fraude. Si autem impediens teneretur ex justitia avertere damnum illud, tunc tenetur ad restitutionem, etiamsi solis precibus, aut consilio impediret.

7. *Mutus, etc.* Illi, qui cum possint impedire, et hoc debeant ex pacto, vel officio, id negligunt, ut principes, iudices, duces, tutores, pastores, satellites, servi quoad damnum ab externis. (*Vide De Confessariis*)

12. Circa ordinem inter obligatos, tenentur restituere: 1. loco, qui retinet rem; 2. mandans, si res non existit; 3. executor; 4. caeterae causae positivae, ut consiliator, participans, 5. causae negativae.

13. Si creditor remittit restitutionem damnificanti principali, censetur remittere et aliis; praeterea si promittat uni ex principalibus eum non molestare, censetur totam illius portionem remisisse, et alii de ea non tenentur.

14. Tenentur quoque ad restitutionem, qui impediunt proximum a consecutione alicujus boni ipsi debiti ex justitia, et tenentur, quocumque modo illum impediunt; si autem res ei non debebatur ex justitia, tenentur tamen, qui vi aut fraude impediunt, et tenentur pro modo spei, quam habebat; nam etsi proximus non habeat jus ad illam rem, nihilominus quisque habet jus, ne malis artibus impediatur quo minus aliquod bonum, quo non est indignus consequatur; si malis artibus non sint usi, sed tantum consilio, non tenentur.

Hinc non tenetur ad restitutionem ille, qui odio, sed sine malis artibus impedit proximum a consecutione alicujus boni, quod caetero-

quin ei juste non erat debitum, quia ad restitutionis obligationem sola mala voluntas non sufficit, sed requiritur insuper actio externa graviter mala quae de se externe jus proximi laedat, et influant in ejus damnum; hinc inferitur etiam non teneri ad restitutionem illum, qui odio (sed sine dolo, et vi) dehortaretur testatorem a relinquendo haereditatem alicui, qui caeteroquin ad eam jus non habebat.

15. Circa restitutionem, et modum, si dominus sit absens rem (sumptibus domini) mittat ei possessor bonae fidei, malae autem sumptibus propriis, nisi duplo majores essent, quam valet res, nam tunc sententia communis eum obligat tantum, ut restituat pauperibus, et hoc intelligitur, cum desperatur posse alio tempore restitui res, aut pretium domino, quia aliter expectandum est.

16. Si bona fides emas, postea vendas rem furto ablatam, et demum verus dominus compareat, et rem

sibi vindicet de manibus tui emptoris, teneris restituere pretium emptori.

In tribus tamen casibus emptor nequit repetere pretium: si expresse convenisses de non restituendo, aut ditior non esses factus ex ea venditione (v. g. si consumpsisses bona fide pretium in donationes), aut emptor emisset mala fide a te, quia tunc in poenam sui delicti (quoties tu expresse eum non cavisses de evictione) non potest suum pretium praetendere; sed advertendum etiam quod tunc tu in conscientia teneris pretium illi restituere, et ante sententiam.

Si autem dominus rem suam non vindicaverit, sed res remaneat in manibus emptoris, ad nihil teneris, quia jam non es causa, ut dominus privetur re sua, nec contra teneris efficere cum gravi tuo incommodo, ut dominus eam recuperet.

Si dominus rei sit incertus, sed constet eam pertinere ad unum ex tribus, aut quatuor, inter istos divi-

denda est, nec pauperibus distribui potest.

Si pertineat ad multos ex aliqua communitate, qui distinguit non possunt, pauperibus tribuetur illius communitatis. Si res detur pauperibus ante diligentiam factam ad inveniendum dominum, eidem postea comparenti iterum restituatur. Si mercator deceperit in pondere, compenset iis qui suam officinam frequentant.

Si dominus sit non solum absens, sed omnino incertus, cum solo Papa potest fieri compositio, ex qua liber remanet debitor, licet postea compareat dominus: nam in eo casu Pontifex, ut administrator bonorum temporalium, quatenus spectant ad bonum spirituale, potest transferre dominium et tollere obligationem.

17. Possessor bonae fidei tenetur restituere rem tantum, si existat, aut, si cum sua confusa est, id solum in quo factus est ditior; in dubio an factus sit ditior, ad nihil tenetur, quia in dubio nemo tenetur

re sua privari. Attamen qui bona fide accepisset pecuniam a fure, teneretur eam domino postea comparenti reddere.

Certus de debito, dubius de solutione, tenetur solvere. Si autem possessio sit dubia, et possidens neglexerit inquirere, tenetur pro rata dubii.

Fructus naturales et civiles debent integre (demptis expensis) restituunt sed possessor bonae fidei ad nihil tenetur, si nihil percepit, aut ditior non est factus, aut praescriptus, dum possessor malae fidei debet integre fructus restituere, quamvis eos non perceperit, si dominus eos percepisset; idem et eodem modo de fructibus mixtis.

Ille qui pecuniam, frumentum, etc. accepta etiam mala fide a fure, ea miscuit cum suis, non teneretur restituere, si fur remanet potens restitutioni, secus tenetur.

18. Possessor malae fidei red-
dat rem, totum id in quo factus est ditior, totum detrimentum illatum

domino ob lucrum cessans, damnum emergens, saltem in confuso praevium; sed hoc intelligitur cum dominus habebat jus in re, nam si tantum habebat jus ad rem, satisfaciat pro rata spei.

Si res crescit, domino crescit, et licet dominus eam ante incrementum consumpsisset, tenetur possessor malae fidei domino eam compensare cum incremento, quia cum creverit valor rei in domini beneficium et cum fur non restituerit tunc, mora culpabilis furis fuit causa damni.

Semper quaerendum est quid dominus egisset cum sua re. Convenit ut dominus reddat furi expensas utiles in re factas, licet fur non possit eas expetere. Si res perit sine furis culpa, et eodem tempore ac periculo in quo periisset apud dominum, fur ad nihil tenetur.

19. Qui se simulat pauperem, tenetur ad restituendam eleemosynam domino, aut pauperibus.

20. Qui emit rem a venditore cum dubio an ad ipsum pertineat, et deinde adhibita diligentia veritatem detegere nequit, tenetur eam pro rata dubii restituere, aut ei cujus dubitat rem esse, aut pauperibus.

21. Fraudans gabellas videtur teneri ad restituendum, nisi vehat res proprio usui destinatas, aut adeo pauper sit ut solvendo gabellas nequiret se et suos sustentare.

22. Homicida tenetur restituere omnia damna illata in bona occisi, expensas curationis, et haec tenetur reddere tam haeredibus necessariis quam non necessariis. Lucrum autem cessans quoque filiis, parentibus et uxori occisi, juxta valorem spei quam verosimiliter defunctus habebat lucrandi, nisi tamen vulneratus haec omnia ante mortem remisisset. Haeredes occisi possunt has restitutiones exigere ab haeredibus interfectoris supplicio affecti, sed si non exigant censentur eas remittere.

23. Qui volens interficere inimi-

cum ex errore interficit alium, non tenetur ad damna, nam pro restitutione damni illati non sufficit quod actio externa sit moraliter injusta, et injuriosa, sed requiritur quod sit voluntarie injuriosa in offensum. Econtra incurritur excommunicatio canonis ab eo qui volens percutere unum clericum, percutit alium clericum, quia excommunicatio incurritur non ob personae, sed status laesionem, qui est idem in utroque.

Non tenetur homicida ad damnum quod tertio evenit, cui suum homicidium fuit imputatum, licet illud animadverterit, et intenderit, quia prava intentio sine actione externa graviter injusta in damnum patientem non obligat ad restitutionem. Hoc tamen intelligitur modo homicidium non fiat cum talibus circumstantiis, ut moraliter inducant imputationem praedictam, quia tunc jam adesset actio externa et injusta.

24. Qui occidit inimicum excedendo justam defensionem, tenetur ad restitutionem damni, quia exce-

dendo gravem injuriam intulit inimico, qui ex sua aggressionem non amisit jus quod habebat ad vitam suam.

25. Deflorator, cum puella sponte consentit, ad nihil tenetur. Si autem vi, fraudibus, minis defloret, tenetur reficere puellae et patri damna, eam dotando, aut dotem augendo, aut ducendo, nisi prius fuerit corrupta, aut aequae bene nubere. Quod si intercesserit promissio matrimonii, etiam ficta, tenetur eam ducere, quia fuit contractus do ut des, et in talibus contractibus, cum unus praestet suam partem, alter licet fecte promiserit, tenetur pariter ex justitia praestare suam. Sed quoad forum externum, expediret si Episcopi et Magistratus irritas declararent omnes istas promissiones, quae scriptis validis non constarent.

Limitatur obligatio ducendi in tali casu, I. si mulier faciliter potuit animadvertere deceptionem, ob magnam differentiam status, quia tunc

merito paaesumitur, quod mulier finxit se decipi, sed revera non est decepta, et tunc neque tenetur vir ad damnum reparandum: 2. si ex matrimonio pessimus timeretur exitus, tunc solum teneri videtur deflorator ad dotem, seu ad augmentum dotis: 3. si mulier remitteret promissionem; haec remissio valet etiam repugnantibus parentibus, et hac obtenta, ad nihil tenetur deflorator; 4. si dedecus magnum esset pro familia viri, tunc neque ad eam ducendam, neque ad eam dotandam teneretur, licet promissio quae intercessit fuisset vera, quia fuisset de re illicita: 5. si tactus tantum adfuisset; 6. si vir puellam putabat esse virginem, sed corruptam invenisset; 7. si puella recusaret huic viro nubere, ille ad nihil teneretur.

Deflorator non tenetur ad ducendam puellam, quando nulla promissio intercessit, nisi nulla alia via esset qua damnum repararet, ut dotatio, aut dotis augmentum. Si deflo-

rator promittens habeat votum castitatis, vel si defloret consanguineam tenetur conari, ut obtineat dispensationem.

26. Adultera tenetur conari, ut reparet damnum filiis legitimis, proventum ex susceptione spurii cum suis bonis, aut industriis. Ordinarie non tenetur prodere suum delictum, cum periculo mortis, infamiae, vexationis a viro, nisi spurius perditis moribus deberet succedere in principatum, quia tunc bonum publicum praevalet bono privato. Tenetur se prodere spurio filio, si probabiliter speret illum sibi crediturum, et bonis cessurum, et tenetur usque dum non est certa quod damna sibi pendencia ex manifestatione sunt valde graviora damnis, quae ex suo silentio filiis legitimis impendent. Attamen spurius non tenetur credere matri, nisi indicta sint indubia.

Adulter tenetur compensare legitimis haereditatem, et expensas omnes necessarias, etiam alimentum, pro

spuriis factas. Si dubitet an proles sit sua, an viri, ad nihil tenetur; item si dubitetur inter duos adulteros cuius sit proles: debet tamen excipi casus, quando secundus adulter advertisset, quod suo peccato sit ipse causa incertitudinis, ne dignoscatur ejus sit proles, qua incertitudine posita, non potest postea exigi damnum a primo adultero, ideoque hic secundus remanet obligatus ad totum damnum.

Non videntur teneri adulteri divites, qui prolem mittunt ad hospitalium, ut expensas hospitali compensent, quia hospitalia principaliter videntur erecta ad cautionem filiorum ex illegitimo consortio natorum, et ad eos liberandos a periculo mortis temporalis et aeternae, si parentes deberent suis impensis eos alere.

27. Non absolvatur ille qui potest nunc restituere, nisi prius restituerit. Si autem alii committat restitutionem, qui eam non exequatur, debitor manet obligatus.

28. Quoad ordinem in restituen-

do, res quae existunt debent domino, aut eo deficiente et suis haeredibus, pauperibus restitui; debita onerosa ante gratuita; in onerosis autem 1. prius ea quae habent hypothecam expressam; 2. quae habent hypothecam tacitam, et inter haec praeferendae sunt uxorum dotes; 3. depositu deperdita; 4. debita pupillis, locis piis; 5. personalia. Omnibus creditoribus, licet hypothecatis, praeferatur ille qui pecuniam dedit ad rem emendam, ad domum reparandam, ad agrum colendum. Si debita sint alia ex delicto, et alia ex contractu, omnibus pro rata satisfiat, nisi res existat, aut adsit hypotheca, nullum enim habetur fundamentum ex lege alicua quod inter creditores ex delicto, aut ex contractu distinctio facienda sit.

29. Debita quorum certus est dominus, aequae ac ea quorum dominus est incertus, debent pro rata restitui, primo domino, secunda pauperibus, quia eodem modo ad hanc restitutionem obligat lex naturalis.

Inter creditores personales praeferendi sunt anteriores et pauperes saltem in gravi necessitate constituti.

Si quis e creditoribus personalibus aequalibus suum creditum efflagitat, debitor tenetur ei satisfacere, quia leges favent vigilantibus. Si autem nullus creditorum exigit non potest debitor (impotens satisfaciendo omnibus suis creditoribus) arbitrio suo uni integre satisfacere, nec creditor posset integram sibi factam solutionem retinere.

Filii et uxor habent semper jus ad alimenta, et possunt ea recipere a patre, quantumvis aere alieno gravato (dummodo non habeant unde aliunde vivant); imo uxor a tali marito potest recipere alimenta, licet eis non indigeat. Mercedes autem operariorum pro usibus necessariis debitorum debent etiam creditis hypothecariis praeferrri.

30. Si ex justa causa differatur restitutio, fur tenetur ad totum damnum reficiendum quod creditor pas-

sus est ex tali dilatione, sed non peccat ex dilatione. Secus contractans.

Causae autem excusantes a restitutione sunt: 1. si solvis creditori creditoris tui; 2. si juste praesumas dominum consentire ut rem sumas, aut acceptam retineas; 3. si dominus re abusurus esset, ut gladio ad occidendum inimicum; in tali casu debes gladium denegare etiam cum periculo mortis tuae (ut dictum est pag. 12.); 4. si in damno non peccasti mortaliter; 5. si cum Papa composuisti, aut tibi ipsi pauperi rem attribuisti; 6. si restituere nequies rem, sine damno tuo duplo excedente valorem rei; nam tunc potest differre, modo dominus aequale damnum non patitur; pro omissione autem lucri numquam potest restitutio differri; 7. si non possis restituere sine periculo animae tuae vel tuorum, v. g. quin filiae tuae prostitutionis periculo exponantur; 8. si cedas honis tuis, retinendo quantum satis est ad sustentationem

juxta statum tuum; 9. si restituendo vitam statui tuo accommodatam non possis ducere, statui, inquam, legitime acquisito; 10. a fortiori si necessitatem extremam restituendo incurreres, nisi tamen ipse dominus rei ex illo particulari furto in eadem necessitate poneretur; et idem dicendum est, si uterque gravem necessitatem experiretur, nam in his duobus casibus dominus est praefereendus.

31. Debitor donans creditori immemor sui debiti, excusatur a restitutione, modo certe praesumatur debitorem, si debiti fuisset memor, numquam fuisse donaturum. Idem dicendum de adimplerione voti et poenitentiae sacramentalis.

DE CONTRACTIBUS.

32. Qui contrahit externe sine animo contrahendi, non obligatur, aisi agatur de contractu oneroso, et alter partem suam adimpleverit.

33. Contractus turpes, v. g. fornicationis, ante delictum sunt irriti et non obligant, sed eo patrato videntur obligare, tum ratione supra allata, quod cum unus contrahentium partem suam posuit, alter tenetur praestare suam, tum etiam quia opus malum jam positum, licet non sit dignum peritio uti malum, est tamen aestimabile, uti utile uni, et onerosum alteri id ponenti.

34. Contractus dolo aut errore circa substantiam initus est invalidus; si autem error sit tantum circa qualitatem rei, et talis error contractui causam non dederit, est validus, sed pars laesa habet actionem ad rescindendum. Contractus metu gravi et injuste incusso initi possunt rescindi, etiam sine iudice; sunt autem omnino invalidi, si versentur circa sponsalia, matrimonium, professionem religiosam, vota, promissionem, aut traditionem rei ad Ecclesiam pertinentis, absolutionem a censuris, etc.

35. Si contractus celebretur si-

juxta statum tuum; 9. si restituendo vitam statui tuo accommodatam non possis ducere, statui, inquam, legitime acquisito; 10. a fortiori si necessitatem extremam restituendo incurreres, nisi tamen ipse dominus rei ex illo particulari furto in eadem necessitate poneretur; et idem dicendum est, si uterque gravem necessitatem experiretur, nam in his duobus casibus dominus est praefereendus.

31. Debitor donans creditori immemor sui debiti, excusatur a restitutione, modo certe praesumatur debitorem, si debiti fuisset memor, numquam fuisse donaturum. Idem dicendum de adimplerione voti et poenitentiae sacramentalis.

DE CONTRACTIBUS.

32. Qui contrahit externe sine animo contrahendi, non obligatur, aisi agatur de contractu oneroso, et alter partem suam adimpleverit.

33. Contractus turpes, v. g. fornicationis, ante delictum sunt irriti et non obligant, sed eo patrato videntur obligare, tum ratione supra allata, quod cum unus contrahentium partem suam posuit, alter tenetur praestare suam, tum etiam quia opus malum jam positum, licet non sit dignum peritio uti malum, est tamen aestimabile, uti utile uni, et onerosum alteri id ponenti.

34. Contractus dolo aut errore circa substantiam initus est invalidus; si autem error sit tantum circa qualitatem rei, et talis error contractui causam non dederit, est validus, sed pars laesa habet actionem ad rescindendum. Contractus metu gravi et injuste incusso initi possunt rescindi, etiam sine iudice; sunt autem omnino invalidi, si versentur circa sponsalia, matrimonium, professionem religiosam, vota, promissionem, aut traditionem rei ad Ecclesiam pertinentis, absolutionem a censuris, etc.

35. Si contractus celebretur si-

ne debitis solemnitatibus, alii affirmant, alii negant eum obligare; videtur quod cum tale sit dubium, praeferendus sit possessor, quando a iudice non condemnatur ad restituendum.

36. Simplex promissio non obligat sub gravi, nisi adfuerit talis expressa voluntas; numquam obligat, si res reddatur nimis nociva, aut impossibilis, aut illicita, aut inutilis, aut si superveniat mutatio notabilis quae promissionem impediisset.

37. Qui accipiunt aliquid ab homine aere alieno gravato, impotente ad solvendum, tenentur illud restituere creditoribus donantis. Examine subjiciantur donationes inter conjuges, aut filiisfamilias a parentibus factae.

38. Donatio ante acceptationem nullam obligationem parit, et potest revocari, nisi facta sit infanti, vel directe Deo, quia tunc induit naturam voti.

39. Donatio prodiga non est valida.

40. Donatio inter vivos potest revocari ob enormem ingratitude[m] donatarii, et in quibusdam casibus ob prolem ortam donanti.

41. Videtur numquam licitum esse laedere legitimam filiorum donationibus etiam piis, quia leges civiles debent observari, ubi a jure canonico non sunt correctae.

42. Donationes causa mortis; usque ad mortem sunt revocabiles, si fiant absentibus, debent adesse testes, aut epistola.

43. Filiisfamilias non habentes bona castrensia, aut quasi castrensia, in conscientia, non tenentur restituere pecuniam mutuo acceptam (excipe si juramento se obligassent ad restitutionem; quod juramentum caeteroquin potest a superiori ecclesiastico relaxari); sed in casu quod sciente et non contradicente patre accepissent, aut si mutuum in patris utilitatem fuisset expensum, tunc teneretur pater ad restitutionem. Hoc autem quod dictum est

de pecunia, non aequè procedit pro re mutuo a filiofamilias accepta.

44. Mutuum dando debet abesse spes lucri, et nihil accipiendum est, nisi omnino gratis detur.

45. Potest aliquid ultra sormet exigere qui se obligat ad non repetendum mutuum, nisi post plures annos, v. g. post tres aut quatuor annos, quia talis obligatio est extrinseca mutuo, adeoque pretio estimabilis, aliquod tempus enim est intrinsecum mutuo, sed non adeo longum.

Tituli ad accipiendum sunt: 1. damnum emergens; 2. lucrum cessans, modo non postuletur totum lucrum speratum, sed pro rata spei, deductis expensis, mutuarius moveatur de lucro cessante, et ejus causa, et mutuum sit vera causa damni, aut cessationis lucri: ut licite autem aliquid ultra sortem paciscatur, non exigitur ut paratae sint occasiones lucrandi, sed sufficit ut sint probabiles, et non petatur ultra spem; 3. periculum extraordinarium

amittendi sortem, quando non datur cautio; 4. poena conventionalis, si non solvetur tempore praescripto, modo dilatio sit notabilis, et culpabilis, et poena sit moderata, et non sit imposita fine lucrandi, sed solum ad reddendum vigilem mutuatarium ut restituat tempore prefinito, et mutuarius se non obligaverit ad impossibile.

Si detur pignus, non potest retineri defectu solutionis, nisi cum praedictis conditionibus, id est nisi pignus habeatur, ut poena conventionalis, et condiciones ejus in ipso verificentur. Denique omne onus quod imponitur in mutuo dinguum pretio est usura. Insuper videndum est, an res mutuata possit, aut debeat crescere aut decrescere pretio tempore quo mutuarius eam reddet, et si hoc tempus fuit in pactum deductum; non enim careret usura, si probabiliter res tali tempore esset subitura augmentum, et mutuanon non fuisset dispositus usque ad tale tempus eam asservare, quia mani-

festum est quod lucrum supra sortem quaereret, et data tali probabilitate, etiamsi dispositus fuisset ad tale tempus rem suam asservare, deberet compensare mutuatario expensas ad illam asservandam necessarias.

46. Haeredes usurarii non videntur teneri in solidum, sed quisque pro sua rata. Servi cooperantes in aliquo quod mutuatario non displicet, ut in deferendo pignore, aut pecuniam, aut in efflagitando amicis verbis usurarum solutionem, excusantur a restitutione, modo non firmet chirographum, aut minis cogant ad solutionem.

47. In venditione quaelibet res habet suum pretium infimum, medium, et supremum, quorum quodlibet est justum. Communis existimatio regionis ubi res existit reddit justum quodcumque pretium; augetur, vel minuitur juxta ementium concursum, et mercium penuriam. Si in pretio adsit laesio ultra dimidium, laesa pars potest resciz-

dere contractum in judicio; sed in infra dimidium, altera pars tenetur etiam in conscientia ad damnum reficiendum usque ad pretium justum. Potest emi minoris res emptori minus commoda. Merces ultroneae decrescunt pretio usque ad tertiam partem. Qui emit multa simul, potest emere minoris infimo. Qui vendit minutim potest carius vendere, ratione majoris incommudi et majoris detrimenti.

Venditor non potest vendere majoris pretio quam supremo, ex eo quod res esset utilis, aut in nimio desiderio emptori; sed potest aliquid supra supremum exigere, si alii interveniant tituli, nimirum 1. si venditio fuit cum venditoris damno, aut lucro cessante, de hoc admoneatur emptor, et illud licet adsit taxa pretii, et venditor ipse offerat vendere; 2. si venditor peculiari animo erga rem quam vendit affectus sit; 3. si res sint raras, ut gemmae, picturae et id genus, et hujusmodi res pro-

babile est posse vendi quanti piurimi.

Quaevenerunt sub hasta, aut circumferuntur possunt vendi et emi quocumque pretio, modo absit fraus sive a vendente, si rei vitium celaret, aut fictos emptores introduceret, sive ab emptore, si dolo minis et precibus importunis (non autem precibus simplicibus) impediret alios offerentes; nec videtur emptorem posse cum aliis conventionem facere ne plus offerant, pro rebus quae veneunt sub hasta, maxime si res exponantur ex iudicis sententia, quia cum vendens teneatur tunc res dare plus offerenti, injuriam ei irrogat emptor, si offerendo pretium infimum aut etiam medium impedit eum quominus speret medium aut supremum ad quod habet jus, nimirum ne impediatur illud consequi.

48. Precise ob dilatationem vel anticipationem solutionis non potest augeri nec minui pretium, nisi sit titulus periculi, damni, lucri cessantis, de quibus semper moneatur emp-

tor. Mercatores carius vendentes pecunia exspectata, potest excusare titulus communis existimationis, quae probabiliter reddit justum pretium hujusmodi venditionum dilatae solutionis, et quia in illis semper inest periculum amittendi sortem; et idem dicendum de emptoribus, qui anticipate solvendo minus pretium exhibent.

49. Chirographa, licet sin liquida, possunt minoris emi, si adsit aliquod periculum exactionis, molestiae, ob distantiam, etc.

50. Examinanda sunt pacta retrovendendi, retroemendi quandoque licita. Contractus mohatra, antichryscos sunt semper illiciti.

51. Vetatur monopolium, quo unus aut plures emunt omnes merces, ut vendant pluris pretio summo; aut impediunt quominus aliae merces in regionem introducantur sine praedicto. Non esset illicitum emere omnes merces, postquam cives jam sufficienter sibi comparaverunt, ad eas postea vendendas cum

luero aliquo moderato, sed peccaretur graviter (solum contra caritatem) si conventio fieret inter tales ementes non vendendi nisi pretio summo.

52. Quoad vitium rei venditae, si sit circa substantiam, aut contractus est nullus, aut deceptor debet reficere damnum. Potest tamen vendi unum pro alio, vel res mixta cum alia, modo sit certe aequalis utilitatis, et quantum opus est, minuatur pretium. Si vitium sit circa qualitatem et occultum, vendens tenetur illud patefacere.

53. Sartores qui emunt pannos non posunt exigere plus quam solverunt, nisi mercator quia suam officinam frequentant, eis remitteret de pretio communi.

54. Res vendita, e. g., tale dolium determinatum, perit emptori; sed indeterminata, unum e dolis, ante traditionem perit venditori.

55. Bulla S. Pii de censibus in pluribus locis non obligat, et in illicitus est census personalis; si au-

tem census sit hypothecatus, pereunte fundo sine culpa venditoris, etiam, praecisa Bulla, perit census.

56. Cambium siccum, seu fictum, cum tantum fingitur locus diversus ubi solutio esset facienda, et interim campsor exigit lucrum, est illicitum, modo non intercedat lucrum cessans, et tunc de hoc admonetur campsarius

57. Si quis casu recipit monetam falsam quoad materiam, non potest eam expendere.

58. Res locata perit locatori, nisi ipse probet culpam conductoris.

59. Si quis sponderet de re quam certo sciret, nullomodo posset praenium retinere.

60. Summa victa in ludo filiofamilias, et uxori de bonis non suis, debet eis restitui, et illi debent restituere quod lucrati sunt, etiamsi i cum quibus luserant scivissent ante hos esse subditos, et proprium peculium non habere; limitatur si summa sit parvi momenti. Lusor qui

fraudibus injustis utitur, debet restituere summam victam, et etiam quantum valebat alterius spes lucrandi; dictum est: fraudibus injustis, v. g. signis notando chartas, etc. nam licet uti iis astutiis, quas regula lusus et consuetudo ferunt, ut aspicere chartas quas alter sua negligentia sinit videre, aut dignoscere chartas, quae exterius ob aliquod casuale signum ex seipsis dignosci possunt. Peccant lethaliter clerici in sacris constituti qui ludunt frequenter lusibus merae sortis; religiosi autem strictioris observantiae et Episcopi videntur peccare graviter si ludant etiam chartis, tum ob grave scandalum laicis, tum ob abusus qui irreperent.

61. Videtur licitum exigere lucrum certum, salvo capitali, mediis tribus contractibus societatis, securationis sortis et lucri, cedendo majori parti lucri probabilis, licet tres contractus fiant cum eodem, modo illi contractus debitis conditionibus vestiantur, quae quidem

conditiones fusius sunt examinandae. Ille contractus triplex pro commercio fuit approbatus a facultatibus Theologicis Coloniensi, Treviriensi, Salmanticensi, Moguntina et aliis; non fiat tamen sine praecedente Theologorum consilio.

62. Filius negotians cum pecunia paterna non potest sumere sibi partem lucri suo labori et industriae correspondentem sine patris consensu.

63. Licet pupili nequeant sua bona obligare sine auctorizatione iudicis aut tutoris, si tamen ea ob paupertatem obligarent, remaneret saltem naturaliter obligati.

64. Cum voluntas testatoris constat haeredi circa dispositionem piam, haeres in conscientia tenetur eam adimplere, licet nullae sint probationes externae, modo duo saltem testes adfuerint.

65. Piae dispositiones defunctorum a Papa solum, non ab Episcopo possunt commutari. Potest ta-

men Episcopus eas commutare cum supervenit talis causa quae si cognita fuisset a testatore aliter disposuisset; tunc potest Episcopus interpretari ejus voluntatem et applicare legatum alli operi pio. Testatores tenentur in conscientia et sub gravi legare sua bona, non solum haeredibus necessariis, filiis, parentibus, aut avis quoad legitimum, sed etiam fratribus et sororibus, cum isti necessitate gravi laborant; si autem talis necessitas non sit, aut si in ea constituti gradu remotiori essent conjuncti, erit tantum obligatio levis.

VIII PRÆCEPTUM.

1. Judicium temerarium est mortalem cum sine sufficienti motivo judicatur proximum grave malum commisisse. Suspiciones rarius sunt mortales; eas concipere aliquando tenentur domini et patresfamilias, tantum illas aliis ne communicent sine necessitate.

2. Contumelia est gravis, cum per eam graviter laeditur honor proximi coram ipsomet; unde si fuit publica, publice ei honor restituendus est.

3. Litteras reserare est illicitum nisi saltem praesumatur consensus ejus ad quem mittuntur, aut ejus a quo scriptae sunt, et est graviter illicitum, si materia sit gravis. Licet tamen privatis aperire litteras suorum adversariorum qui sibi injustam causant molestiam; licet quoque ut evitetur injuria gravis quae imminet alicui tertio. Legens ex curiositate litteras laceratas et in publico loco relictas a domino (non autem in privato) modo non patefaciat secretum cum illius damno, non peccat, quia non facit ei ullam injuriam.

4. Illa dicitur vera detractio quae fit ut denigretur alterius fama, non autem illa quae fit ob aliquod bonum necessarium. Hinc infertur quod si manifestatur aliquod delictum occultum et verum proximi, ad justum finem, v. g. ut proximus cor-

men Episcopus eas commutare cum supervenit talis causa quae si cognita fuisset a testatore aliter disposuisset; tunc potest Episcopus interpretari ejus voluntatem et applicare legatum alli operi pio. Testatores tenentur in conscientia et sub gravi legare sua bona, non solum haeredibus necessariis, filiis, parentibus, aut avis quoad legitimum, sed etiam fratribus et sororibus, cum isti necessitate gravi laborant; si autem talis necessitas non sit, aut si in ea constituti gradu remotiori essent conjuncti, erit tantum obligatio levis.

VIII PRÆCEPTUM.

1. Judicium temerarium est mortalem cum sine sufficienti motivo judicatur proximum grave malum commisisse. Suspiciones rarius sunt mortales; eas concipere aliquando tenentur domini et patresfamilias, tantum illas aliis ne communicent sine necessitate.

2. Contumelia est gravis, cum per eam graviter laeditur honor proximi coram ipsomet; unde si fuit publica, publice ei honor restituendus est.

3. Litteras reserare est illicitum nisi saltem praesumatur consensus ejus ad quem mittuntur, aut ejus a quo scriptae sunt, et est graviter illicitum, si materia sit gravis. Licet tamen privatis aperire litteras suorum adversariorum qui sibi injustam causant molestiam; licet quoque ut evitetur injuria gravis quae imminet alicui tertio. Legens ex curiositate litteras laceratas et in publico loco relictas a domino (non autem in privato) modo non patefaciat secretum cum illius damno, non peccat, quia non facit ei ullam injuriam.

4. Illa dicitur vera detractio quae fit ut denigretur alterius fama, non autem illa quae fit ob aliquod bonum necessarium. Hinc infertur quod si manifestatur aliquod delictum occultum et verum proximi, ad justum finem, v. g. ut proximus cor-

rigatur, aut ut evitetur grave damnum aliorum, et nullum aliud exstaret medium ad illud vitandum, tunc illud patefacere non est illicitum. Nemo potest patefacere delictum aliterius occultum, sed injuste cognitum, ad evitandum suum grave damnum.

Arcanum promissum obligat juxta intentionem promittentis; commissum autem potest manifestari si praesumatur consensus committentis, si occultatio vergeret in damnum commune vel alicujus innocentis, vel committentis, vel illius cui fuit commissum.

Licet patefacere peccatum alterius in quantum opus est ad levandam injuriam gravem qua quis affectus est, praesertim si uni tantum vel alteri viro prudenti reveletur. Delictum alicubi publicum potest alibi manifestari, si expediat ad bonum commune, ut a malefatore alii praecaveant.

Peccat graviter qui libenter audit graves detractiones, maxime si de-

lectetur de damno quod ex detractione proximus patitur (sed si tantum de novitate, aut curiositate illius detractionis, multi eum excusant a mortali) aut qui cum possit, eas non impedit maxime si superior sit. Si reparatio sit exigenda, optandum est ut fiat ante absolutionem.

Cessat obligatio reparandi si res jam oblivioni data sit, vel si fides non adhibeatur detrahenti, aut reparanti. Qui non potest verbis, non tenetur pecunis famam compensare. Excommunicantur auctores aliquorum libellorum infamantium.



DE PRAECEPTIS

ECCLÉSIAE.

1. Quolibet die jejunii nemo potest dispensari ad carnem manducandam, nisi de legitima causa et de utriusque medici consilio, id est medici, Parochi aut Confesarii; ita declaratum fuit a Benedicto XIV in Bulla *Non ambigimus*, data die 3 martii 1741. Non potest dispensari integra communitas sine auctoritate Papae. Non peccat, saltem graviter, qui horam comestionis minus una hora anticipat, et multo plus, si adsint bonae rationes.

Possunt sumi intra diem electuaria, modo non in quantitate nimia et ob aliquam causam justam; item uncia cibi semel atque iterum, ad depellendam debilitatem, potiones (exempto lacte et jure), succus fructuum, uvarum pressarum. Idem dicimus de aqua congelata mixta cum saccharo, et succo citri, aut alterius substantiae, quia congelatio non mutat naturam. Valde attendendum est ad usum regionis, et cavendum a scandalo.

2. Collatiuncula potest esse octo pro omnibus, decem unciarum pro iis qui fame patiuntur, insuper potus. Quoties quis in die jejunii vescitur carne aut lacticiniis, toties peccat; si autem bis comederit cibos esuriales, sine advertentia ad jejunium, videtur teneri ad abstinendum reliquo die, quia non nisi materialiter jejunium fregit, et pro reliquo tempore potest illud servare, alioquin illud etiam formaliter franget.

3. Si causa quae eximit subditum fuerit evidens, seipsum eximere potest; si autem dubia, recurrit ad Episcopum aut Parochum. Excusantur inter alios sexagenarii, etiam bene valentes. Qui artem exercere nequit de se non laboriosam sine magno incommodo, spectata sua debilitate, non tenetur ad jejunium. Excusat iter pedestre 4 aut 5 horarum. Artifices divites non tenentur a labore abstinere ut jejunare possint. Peccat qui sine justa causa laborem assumit, quo liberatur a jejunio.

4. Ad confessionem annuam tenentur qui ante septennium peccaverunt.

5. Qui peccavit graviter et praevidet, quod postea non poterit confiteri, debet praevinire tempus praeepti; et ratio est, quia cum iste jam peccaverit, jam contraxit obligationem confitendi in illo anno, quare si praeviderit, quod postea non possit adimplere, illud tenetur praevinire.

6. Declaravit S. Cong. anno 1584 quod si Episcopus prohiberet ne quis Confessarius in Paschate audiret confessiones sine licentia Curati, talis decreti nullam habendam esse rationem. Quilibet Sacerdos approbatus ab Ordinario loci est proprius Sacerdos. Qui praeepto annuo non satisfacit, tenetur quantocius confiteri.

7. Praeeptum communionis paschalis urget toto anno post Pascha: non potest anticipari: debet fieri in Parochia: sed a Sacerdotibus (si celebrent), ubique: si non celebrent, aequae ac caeteri in Parochia: a peregrinis ubique. Parvuli non videntur debere communicare statim ac usum rationis adepti sunt, possunt autem, at in periculo mortis debet eis dari communio. Obligatio communicandi incipit ab anno nono, et non potest differri ultra annum 14

DE OFFICIIS.

NONNULLORUM SÆCULARIUM.

1. Judex qui scit privata notitia aliquem esse reum quem juridice constant esse innocentem, non potest eum damnare. Si probatus est juridice reus, judex qui scit eum esse innocentem non damnet eum circa poenas corporales, non item in pecuniariis et civilibus. Judex non potest judicare juxta opinionem minus probabilem; si aequalis sit probabilitas, in causa civili, dividat favendo possessori; si causa sit criminalis, semper favendum est reo. Judex non admitat dona, praesertim pretiosa.

2. Advocatus potest defendere in causis criminalibus reos nocentes non autem actores in dubiis. Tenetur defendere, etiam cum suo gravi incommodo, si aliud remedium non pateat, eum qui in extrema necessitate versatur; in necessitate gravi,

tenetur si habeat superfluum suo statui, sed non cum gravi incommodo. Potest defendere causas aequae et etiam minus probabiles actorum, modo eos moneat pro ipsis non stare nisi probabilitatem. Peccat si tueatur causam certe injustam, et poterit teneri ad reficienda damna utriusque partis. Peccat, si paciscatur de pretio dum lis actitatur; aut de parte litis evictae; si plures suscipit causas quam par sit expedire; si parti adversae arcana patefaciat; si dolis aut dilationibus injustis utatur.

3. Quilibet tenetur accusare delinquentem cum agitur de damno communi, aut damno innocentis, modo non sit gravi incommodo denuntiandi: qui autem stipendio ad id locatur, tenetur etiam cum gravi incommodo, secus compenset; non item exactores gabellarum, qui non tenentur nisi ad solvendum valorem gabellarum. Culpa religiosi potest, et saepe debet denuntiari Praelato, religioso non admonito. In quibus-

dam casibus aliqui non tenentur ad denuntiandum, licet Episcopus monitorium dederit.

4. Denuntientur suspecti de haeresi, Confessarii sollicitantes, sortilegia patrantes, sacramentis abutentes, duas uxores habentes, sed non cum gravi damno proprio; haeretici autem formales etiam cum damno proprio; imo ab uxoribus, filiis, parentibus debent denuntiari. Denuntiantur Episcopo intra mensem illi qui propositiones haereticas proferunt, si serio et advertenter protulerint, secus si ex ignorantia, ira, sine pertinacia.

5. Testis non tenetur veritatem fateri, nisi cum ea opus est pro bono communi aut malo proximi reparando, aut ut pareat iudici legitime interroganti, nempe cum semiplena probatione, aut iudiciis evidentibus. Non tenetur cum timet sibi aut suis grave malum, aut scirem sub secreto, nisi agatur de malo communi aut privato avertendo.

Si testis taceat veritatem, non videtur teneri ad restitutionem

6. Reus non tenetur fateri, nisi iudex sit legitimus et legitime interroget, cum semiplena probatione, nec videtur etiam teneri si legitime interrogatur. Potest fugere e carcere, etiam nocens, et alii possunt eum juvare, modo fuga non obstat bono communi.

DE SACRAMENTIS

IN GENERE.

1. Ad sacramenta conficienda requiritur intentio saltem virtualis in Ministro *fasciendi quod facit Ecclesia.*

2. Licet conferre sacramenta sub conditione, non solum in casu necessitatis, sed quoties adest gravis utilitas, et justa causa; contra, sine causa, esset culpa gravis: neque est necessarium conditionem verbis ex-

primere, sed sufficit si mente concipiatur; exempli causa, absolvere cogitando, si es dispositus.

3. Nequidem ad vitandam mortem licet dare communionem peccatori publico, nisi constet de ejus poenitentia, de reparato scandalo, et ablata occasione proxima; non debent Parochi assistere matrimonialium, nec sponsa cum tali contrahere.

4. Bened. XIV vetat ne Parochus procedat ad publicationes, quin prius interrogaverit sponso de iis quae ad fidem pertinent.

5. Ad procurandum baptismum proli, non licet cum probabili periculo mortis incidere matrem, etiam moribundam et consentientem, sed statim a morte incidatur.

6. Cum imminet periculum mortis, si adsit peritus, proles potest, et debet baptizari sub conditione; mediis instrumentis in utero.

7. Baptismus collatus in quacumque parte corporis praeterquam in capite, debet reiterari sub condi-

tionem. Graviter peccant qui differunt baptismum ultra decem dies sine causa justa, et gravi. Fetus abortivi sub conditione baptizentur; item infantes expositi, licet scriptum inveniatur de baptismo recepto, si de eo aliter certo non constet.

8. Possunt baptizari filii haereticorum invitis parentibus, etiamsi apud eos remaneant, non autem infidelium, nisi filius rationis compos postulet, vel sit in periculo mortis, vel si extra parentum curam, nec timeatur ne ad ipsos regrediatur, vel unus parentum consentiat, licet alter positive repugnet.

9. Non contrahunt impedimentum a debito parentes qui baptizant in necessitate, nec videntur etiam illud contrahere qui baptizant sine necessitate, licet graviter peccant.

10. Qui confirmationem recipere possunt, si negligent, gravis peccati rei sunt, ait Bened. XIV in Bulla *Etsi Pastoralis*. Infantibus ante septennium non conferatur sine causa, v. g., in periculo mortis vel quia

Episcopus diu abesset. Jejunium non exigitur. Debet esse patrinus, et unicus et confirmatus, et alius a baptismo, ejusdem sexus, non regularis, et contrahitur cognatio inter confirmatum et suscipientem et inter suscipientem et parentes confirmati.

DE EUCHARISTIA.

1. Inter effectus Eucharistiae numeratur remissio venialium, et per accidens etiam mortalium, si quis eorum inscius, aut putans se contritionem habere, accedit ad communionem cum attritione.

2. In periculo mortis potest laicus se ipsum communicare, vel alium, si desit etiam clericus qui id praestet. Videtur Sacerdotem posse se ipsum communicare ex sola devotione, deficiente alio qui ministret.

3. Videtur peccare graviter ille qui in mortali existens Eucharistiam dispensant.

4. Communio potest dari in missis pro defunctis, sed non ex praeseconsecratis, nisi celebretur in violaceo, quod certe licet.

5. Viatico muniri debent praeter infirmos, ii qui periculosum conflictum, aut navigationem aggressuri sunt, et mulieres cum periculo pariturae.

6. Hic advertendum quod quando infirmus jugi vomito laborat, non potest communicare si saltem per sex horas ab illo liber non fit.

7. Non tenetur quis cum periculo scandali aut infamiae recedere a sacra mensa, quia tunc recordatur alicujus peccati mortalis obliti in confessione; sufficit ut illud postea confiteatur.

8. Potest celebrare Sacerdos mortalis reus cum contritione, non praemissa confessione (non ex devotione) sed ad dandum viaticum, vel si Parochus (non alius) deberet celebrare pro populo, qui missa careret; aut si secus adesset periculum infamiae gravis. Si habeat tan-

tum peccatum reservatum, et non adsit Confessarius pro reservatis approbatus, sufficit ut conteratur, aut confiteatur de alia materia, nec tenetur explicare reservatum ei qui non potest ab eo absolvere; sed si cum reservato habeat etiam non reservata, non potest celebrare quin praemittat confessionem non reservatorum. Debet confiteri quam primum, ex praecepto Tridentini: a Doctoribus fuit determinatum, quod illud *quam primum* importat intra tres dies, et quod imponit gravem obligationem

9. Non frangit jejunium tabacum per nares, aut in fumo, aut masticatum, si expuatur.

10. Potest dari, vel non viaticum ei qui eodem die communicatus in morbum mortale incidit.

11. Non potest Sacerdos non jejunus celebrare ad dandum viaticum. Eucharistia potest sumi a non jejunato Sacerdote aut laico, ne profanetur; item a Sacerdote qui celebrando recordatur se non esse jeju-

num, etiam si de hoc recordetur ante canonem, si timeat infamiam, quae si non timetur, ante consecrationem debet discedere ab altari; item ad perficiendum sacrificium suum vel alterius.

12. Pollutio involuntaria non impedit communionem, si mens non perturbetur; nec debitum conjugale, praesertim redditum; nec tempus menstrui.

13. Communio denegatur mulieribus quae nudato pectore accedunt.

14. Reductio numeri Missarum in fundatione impositarum pertinet ad solum Papam.

15. Sufficit applicatio Missae aliquando facta et non retractata. Applicatio conditionata de praeterito est valida; de futuro autem quod non est notum nisi Deo, est certe illicita ex prohibitione Clem. VIII, sed probabilius etiam invalida.

16. In die omnium Defunctorum potest accipi stipendium.

17. In altari privilegiato non lucratur indulgentias qui non celebrat de Requiem, cum ritus id permittit; diebus autem quibus Missae Defunctorum prohibentur lucratur.

18. Sacerdos minori spatio cuadrantis Missam etiam brevissimam celebrans, valde difficulter, ne dicam impossibiliter potest excusari a peccato gravi, et duplici, id est scandali et irreverentiae, si publice celebret.

19. Eleemosyna pro Missis non accipiantur ultra mensem, ex decreto S. C. Concilii. Nihil de iis retineatur pro expensis celebrationis, nisi Ecclesia nullos, haberet reditus, et tunc nihil plus quam expensae.

29. Statuae et reliquiae in altari non apponantur ubi exponitur SS. Sacramentum ex decreto Innocent. XI.

21. SS. Sacramentum nequit in aliis Ecclesiis quam parochialibus asservari, sine dispensatione S. Sedis.

DE SACRAMENTO

POENITENTIAE.

1. Potest dari absolutio sub conditione, si Confessarius prudenter dubitet an eam dederit, aut an poenitens sit dispositus, et adsit necessitas eum absolvendi, quia morti proximus videtur; non autem pro recidivis qui non dant signa certa suae dispositionis, si aliunde non adsit necessitas eos absolvendi.

2. Contritio perfecta, juxta Tridentinum, oritur ex motivo caritatis; imperfecta, ex turpitudine peccati per lumen fidei cognita, aut metu gehennae excludenti voluntatem peccandi. Perfecta obligat in periculo mortis, et insuper ut quis non diu maneat in statu peccati, si non confiteatur, quod non videtur differendum ultra mensem, sed non obligat quolibet die festo.

3. Sufficit dolor generalis, quin singula peccata recenseantur.

17. In altari privilegiato non lucratur indulgentias qui non celebrat de Requiem, cum ritus id permittit; diebus autem quibus Missae Defunctorum prohibentur lucratur.

18. Sacerdos minori spatio cuadrantis Missam etiam brevissimam celebrans, valde difficulter, ne dicam impossibiliter potest excusari a peccato gravi, et duplici, id est scandali et irreverentiae, si publice celebret.

19. Eleemosyna pro Missis non accipiantur ultra mensem, ex decreto S. C. Concilii. Nihil de iis retineatur pro expensis celebrationis, nisi Ecclesia nullos, haberet reditus, et tunc nihil plus quam expensae.

29. Statuae et reliquiae in altari non apponantur ubi exponitur SS. Sacramentum ex decreto Innocent. XI.

21. SS. Sacramentum nequit in aliis Ecclesiis quam parochialibus asservari, sine dispensatione S. Sedis.

DE SACRAMENTO

POENITENTIAE.

1. Potest dari absolutio sub conditione, si Confessarius prudenter dubitet an eam dederit, aut an poenitens sit dispositus, et adsit necessitas eum absolvendi, quia morti proximus videtur; non autem pro recidivis qui non dant signa certa suae dispositionis, si aliunde non adsit necessitas eos absolvendi.

2. Contritio perfecta, juxta Tridentinum, oritur ex motivo caritatis; imperfecta, ex turpitudine peccati per lumen fidei cognita, aut metu gehennae excludenti voluntatem peccandi. Perfecta obligat in periculo mortis, et insuper ut quis non diu maneat in statu peccati, si non confiteatur, quod non videtur differendum ultra mensem, sed non obligat quolibet die festo.

3. Sufficit dolor generalis, quin singula peccata recenseantur.

4. In contritione includuntur exercite Fides et Spes.

5. In confessione, sufficit attritio, ex timore inferni, aut gloriae amissione, aut ex horrore erga peccati turpitudinem lumine fidei cognitam, quae includit semper ex se amorem, non praedominantem, quia tunc esset contritio perfecta, sed inchoatum, nam *timor Dei, initium dilectionis erit*, Eccli. 25 16, et ait S. Thomas, 2. 2, q. 40: *Ex hoc quod per aliquem speramus bona, incipimus ipsum diligere*. Ille enim dolor qui provenit ex motivo quod Deas amatur super omnia, quantumcumque sit remissus, semper est contritio perfecta, et talis dolor certe non requiritur necessario ad confessionem.

6. Propositum debet esse firmum cum Dei gratia non relabendi, universale de omnibus peccatis mortalibus vitandis, efficax media adhibendo, et occasiones saltem proximus removendo.

7. Relabentes, juxta Rituale romanum, saepe confiteantur, et si expediat communicent.

8. Non obligentur ad repetendas confessiones nisi illi qui post biduum aut triduum relapsi sunt, sine ulla resistentia, quin aliquod medium adhibuerint, et occasionem removerint; non adest enim obligatio repetendi confessionem, nisi habeatur moralis certitudo de invaliditate praeteritae; relapsus autem non est signum moraliter certum propositi infirmi, sed saepe est signum mutatae post confessionem voluntatis.

9. Potest tradi, si necesse sit, confessio legenda, subjungendo: *De his me acuso*.

10. Non tenetur poenitens confiteri circumstantias mere aggravantes, nisi quoad quantitatem furti, quam per se non deberet aperire, sed plerumque tenetur Confessarius ad eam investigandam ut se dirigat circa modum restitutionis.

11. Suadendum poenitentibus ut confiteantur peccata dubia modo non

sint scrupulosi; non est tamen obligatio positiva illa confitendi, sive sint negative, sive positive dubia. Advertendum tamen quod in articulo mortis quilibet debet aut contritionem de his elicere, aut confiteri aliam materiam certam circa quam absolutionem recipiat. Praesumptio orta ex vita ordinarie bona vel mala fundat iudicium circa dissensum vel assensum peccato praestitum.

12. Eximuntur ab integritate materiali muti; sufficit si in morte, aut in Paschate unum peccatum signis explicent; scribant, si possunt, et ad hoc tenentur, modo non sit periculum manifestationis peccatorum. Surdi, et ii qui linguam patriam ignorant iisdem temporibus nec tenentur per interpretem confiteri, nisi aliquid veniale.

13. Moribundus sui compos, sed loquela orbat, potest absolvi quoties signis ostendi se id optare; sed sine signo speciali, sensibus destitutus non absolvatur plus quam ter

aut quater in die, et absolutio detur sub conditione.

14. Potest et debet absolvi sub conditione moribundus catholicus sensibus destitutus, etiam in actu peccati, qui nulla dedit poenitentiae signa; haereticus autem non nisi expresse absolutionem peteret; non enim praesumitur haereticus per signa communia et aequivoca confessionem petere, a qua haeretici vehementer abhorrent.

15. Potest deesse integritas si afferatur viaticum, et periculum mortis aut infamiae impediat longam confessionem; admoneatur tamen aegrotus, si convaluerit, de obligatione quam habet postea integre confitendi. Tempore pestis aut infectionis, sufficit accusatio unius peccati. Non requiritur integritas materialis si urgeat necessitas communicandi aut celebrandi, et tempus desit, aut si sint peccata reservata, et nullus qui possit ab iis absolvere; item si poenitens non posset integre confiteri quin sigillum sacramentale

revelat. Si immineat naufragium, aut praelium, sufficit cuique veniale confiteri, aut peccatorem se dicere in generali, et tunc dicat Sacerdos: *Ego vos absolvo.*

16. Debet poenitens peccati sui speciem confiteri, etiamsi ex manifestatione speciei complex notus Confessario detegatur: debet tamen poenitens conari ut adeat alium Confessarium qui complicem non noscat, sed ad id non tenetur si indoriatur ipsi aliquod incommodum. Confessarius autem non potest exquirere nomen complicitis, licet hoc bono fine efficeret, ut eum corrigeret, aut damnum impediret; Bened. XIV in Bulla *Ubi primum* hoc appellat detestabile, et imponit huiusmodi Confessariis suspensionem, sed ferendae sententiae. Hoc tamen non impedit quominus possint peti circumstantiae ad integritatem confessionis necessariae, ut sunt in peccata turpi conjunctionis gradus, ligamen voti, an in eadem deo complex commoretur, etc.

17. In casibus ubi poenitens ob bonum publicum debet manifestare complicem, jubeat Confessarius ut alteri revelet qui possit impedire malum, talis enim revelatio vix a Confessario fieri potest sine periculo scandali, aut sacri ministerii dedecore.

18. Si confessio sit invalida ob aliquod peccatum culpabiliter omissum, aut defectum doloris, et postea idem poenitens confiteatur apud eundem Confessarium, non debet repetere confessionem, sufficit ut Confessarius in confuso recordetur status poenitentis; similiter agat quando distulit absolutionem. Qui defecit in integritate materiali, licet suae confessiones fuerint caeteroquin validae, obligatur ad eas integrandas; nemo tamen in dubio an suae confessiones fuerint validae nec ne, tenetur ad eas iterandas, quia praesumptio stat pro valore earum. In praxi, si poenitens occasiones post confessionem vitavit et per aliquod tempus tentationibus resti-

tit, iudicatur valida confessio anteacta, secus si paulo post, prima data occasione, facile, ut prius, lapsus est sine resistencia.

19. Poenitentia conveniens ea est quam putat Confessarius poenitentem impleturum, a quo recte postulabit an eam libenter acceptet, et secus minuet, aut mutabit. Potest facilis injungi, acrior consuli, moneatur tamen poenitens de ea quae sibi deberetur. Sit poenalis et medicinalis. Sciendum est an ii qui poenitentiam non impleverunt, tempore quo fuerunt absoluti voluerint eam adimplere. Nemo tenetur eam peragere ante communionem. Si differatur, non ideo omittatur. Non requiritur intentio actualis, modo opus ponatur. Si oblivioni detur poenitentia, confessio non ideo debet repeti. Satisfacit poenitentiae etiam ille qui eam adimplet in peccato mortali. Potest mutari ab alio Confessario, cui datur notitia confusa confessionis tunc factae, exipecte si actum sit de reservatis, nisi tamen

esset difficile adire superiorem. Non mutetur poenitentia extra confessionem, et nemo sibimetipsi eam mutet, etiam in aliud opus melius.

20. Peregrini possunt confiteri cuilibet Confessario approbato pro loco ubi reperiuntur, etiam si proficiantur a patria eo fine ut alibi confiteantur, modo non fiat in fraudem reservationis.

21. Religiosi itinerantes sine socio Sacerdote possunt cuilibet confiteri, etiam non approbato.

22. Pro confessionibus monialium excipiendis, requiritur electio specialis, aut saltem approbatio ab Ordinario loci, si moniales sint exemptae; haec approbatio non potest ultra triennium prorogari sine licentia S. Congregationis, nisi deesset alter idoneus, idem est pro conservatoriis. Bist aut ter in anno habeant moniales confessarium extraordinarium, de quo tenetur Episcopus eas providere, cui omnes assistant, et eo tempore ordinarius nullas audiat, neque novitias: debet

etiam dari in articulo mortis, si postuletur, et in vita facile concedi.

23. Ecclesia supplet jurisdictionem cum adest in Confessario titulus coloratus et error communis, et ita videtur esse quando adest tantum error communis. Licet Confessario absolvere cum jurisdictione probabili, modo concurrat aliqua causa graviter rationabilis; tales causae explicantur in libro.

24. In articulo et in periculo mortis, defectu alterius, valide et licite absolvit excommunicatus vitandus, degradatus et haereticus.

25. Non approbatus non potest absolvere in articulo mortis coram approbato, nisi approbatus non posset, aut nollet absolvere aut esset nominatim excommunicatus, suspensus, aut moribundus ab eo abhorreret, aut non approbatus incoepisset jam audire, aut si approbatus complex fuisset moribundi in peccato turpi.

26. Confessarius erga complicem in peccato turpi privatur omni

jurisdictione; si eum absolvat, incurrit excommunicationem papalem excepto articulo mortis, si desit alius etiam simplex Sacerdos, aut modo alius non possit exipere confessionem sine gravi scandalo aut infamia approbati. Sufficit tactus, aut colloquium obscenum, modo mortale et externum pro Confessario, et pro poenitente aequae certum, et grave, et externum, quia Bulla Bened. XIV loquitur de complice formali in peccato mortali turpi.

Quaer. an Episcopus possit absolvere Confessarium qui absolvit complicem suum in peccato turpi? *Resp.* Rationis militat pro et contra, sed certo non possunt Episcopi in locis ubi Tridentinum non est receptum, cum non gaudeant privilegio Episcopis assignato Sess. 24. cap. *Licet.*

27. Cupienti hoc Sacramentum Poenitentiae administrare, primum omnium acquirenda est necessaria scientia, qua hujus magni ministerii

officio recte fungi possit. Sed hic advertendum est quod scripsit S. Gregor, quod sit *Ars artium, regimen animarum*. Et S. Franciscus Salesius dicebat, Confessarii officium esse maximi momenti et omnium difficillimum. Et ita est: maximi utique momenti est, quia est finis omnium scientiarum, qui salus aeterna est; difficillimum, quia 1. requirit notitiam quasi omnium aliarum scientiarum, et omnium officiorum, et artium; 2. scientia moralis tot materias disparatas complectitur; 3. illa magna ex parte legibus positivis constat, quarum quaelibet juxta proprium sensum et intelligentiam accipienda est. Praeterea ob circumstantias, quae casus dissimiles efficiunt, resolutiones variandae sunt.

Quidam qui eruditos et Theologos magnae notae se jactant, Moralistas, quos Casuistas (nomen ignominiae apud ipsos) appellant, dedignantur vel cursim quidem legere. Dicunt sufficere, ut confessiones rite exci-

pi possint, principia generalia moralis callere, illis enim posse resolvi, aiunt, omnes casus particulares. Quis negare potest, omnes casus particulares esse his principiis resolvendos? Sed totum opus, et totus labor est in aptando casibus particularibus tantis diversis circumstantiis irretitis, principia hujusmodi, utque discernatur quodnam principiorum occurrentibus circumstantiis congruat. Nequit id fieri sine magna discussione rationum, quae pro utraque parte adsunt. Et hoc est illud, quod Moralistae effecerunt, cum elaborarunt in explicando a quibus principiis multi casus particulares resolvi debeant.

Praeterea, hac nostra tempestate, ut dictum est, adsunt tot leges positivae, tot Bullae, tot Decreta, quae nequeunt sciri, nisi Casuistae legantur, qui ea collegerunt, et prout materiarum varietas postulat, ibi opportune illa inveniuntur: ideoque, quo recentiores ii Moralistae sunt, eo antiquis utiliores. Justa ratione

motus Auctor *Instructionum pro Nobis Confessariis*, affirmat, multos Theologos quanto profundiores sunt in scientiis speculativis, tanto rudiores in scientiis moralibus, quae, ut scribit *Gerson*, omnium difficillimae sunt, et nemo doctus, quantumvis sit in his versatissimus, est, cui in dies nova non accidant.

Ex quo infert, numquam Confessario deserendum esse theologiae moralis studium. Doctissimus *Sperelli* pariter dicit longe errare eos Confessarios, qui totos in Scholasticae studio se applicant, aestimantes tempus in morali frustra expendi; et postea nesciunt distinguere lepram a lepra: qui error (subjungit) Confessarios simul et poenitentes in aeternam perturbationem trahet. Peccat igitur absque dubio graviter qui non sufficienter instructus audet Confessiones audire: Episcopus qui illum approbat: Poenitens quoque qui noscens ignorantiam ejus, apud ipsum confitetur.

28. Oportet saltem, ut Confes-

sarius sciat excommunicationes Papales quae sunt in *Bulla Coenae* pro haeresi externata, lectione, retentione, venditione librorum haereticorum; item quinque casus papales *Clementis VIII*: percussio clerici, simonia, violatio clausurae, immunitatis ecclesiasticae, duellum.

29. Juvetur poenitens in examinanda sua conscientia, nec ad id faciendum dimittatur. Non sit anxius Confessarius de gravitate et numero peccatorum nimio plus exquirendis. Instruatur poenitens, si opus sit, de necessariis fidei, de fama, aut fortuna resarcienda, de scandalo reparando, de occasionibus vitandis. Si poenitens laboret ignorantia culpabili circa scitu necessaria ad salutem, aut circa ea quae bono communi officerent, debet Confessarius eum docere, licet nullus speretur fructus.

Si poenitens accedat indispositus, tenetur Confessarius pro viribus efficere ut eum disponat ad absolutio-

sa caritatis obligatione. Si autem ignorantia versaretur circa alia, et esset invincibilis; ita ut poenitens esset in perfecta bona fide, non debet Confessarius eum monere, si nullus inde speretur fructus, et imo timeatur peccatum formale. Nec potest dici: si poenitens admonitus esset, jam peccaret, ergo est indispositus; nam si Confessarii praesumere vellent interpretativas poenitentium dispositiones, valde paucos absolvent, dum possent judicare quod multi, e. g. si tormentis tentarentur a fide deficerent: sufficitergo in poenitente ea dispositio actualis generalis, id est ut hic et nunc statuatur non amplius peccare in quocumque casu in communi.

Hinc si poenitens qui contraxit matrimonium invalidum ob impedimentum occultum, in bona fide versetur, et sit periculum infamiae, scandali, incontinentiae si declaratur nullitas, relinquatur in bona fide, donec ei dispensatio obtineatur, quae post matrimonium potest dari

ab Episcopo, etiam in dirimentibus, si difficilis sit recursus ad Papam. Si sponsis in ecclesia paratis pro nuptiis, alter eorum aperiret impedimentum occultum, et non possit matrimonium sine infamia differi, conjungantur, et postea recurratur ad S. Poenitentiarium. Similiter quandoque omittenda est admonitio pro restitutione, dum nempe nulla spes fructus affulget, quia evitari prius debet damnum spirituale proximi quam temporale.

Animadvertendum tamen non debere Confessarium esse tam facilem ad judicandum quod poenitens cognita veritate nollet parere; semper autem potest differe admonitionem ad illud tempus in quo sperat eam profuturam. Excipe tamen si poenitens interrogaret, vel si ignorantia noceret communitati; hinc monendi sunt Principes, Praelati, Parochi, Confessarii qui male suis officiis funguntur; aliunde difficulter istorum ignorantia erit invincibilis, et licet talis esset, semper damnum spiri-

tuale afferret communitati. Eodem modo moneantur illi qui Sacramenta frequentant, ne ab iis alii pravum exemplum sumant. Si dubitetur an admonitio non indispensabilis sit profutura aut obfutura, omittatur, nam potius vitanda sunt mala formalia quam materialia. Idem dicendum de correctione fraterna.

30. Confessarius tenetur sub gravi absolvere poenitentem dispositum, quamvis haberet opinionem aliquam ab ipso judicatam probabilem, et a Confessario diversimode, in qua tamen non constaret aperte esse peccatum mortale, quod caeteroquin non est faciliter judicandum. Ratio hujus sententiae est quia poenitens facta recte confessione habet jus certum et strictum ad absolutionem, unde Confessarius gravem ei irrogat injuriam si neget absolutionem, quoties poenitentis opinio ei non videtur omnino falsa.

31. Confessarius qui novit ex confessione complicitis peccatum ab alio poenitente negatum, non potest

hac cognitione uti ut negantem plus interroget in particulari quam alium, nisi ab altero complice de hoc specialiter obtinisset licentiam. Videtur tamen quod neganti absolutio possit dari conditionate. Si autem Confessarius extra confessionem novit certo peccatum in confessione negatum, non potest absolvere, modo non adsit prudens dubium quod de hoc jam apud alium sit confessus; si autem dubitat, cum in dubio standum sit poenitentis depositioni, et potest et debet eum absolvere.

32. Confessarius tenetur reparare quantum potest defectus quos admisit in confessione; hinc si sine gravi culpa absolutionem non protulit, aut sine jurisdictione absolvit, non tenetur cum suo dedecore aut gravi incommodo poenitentem admonere; excipe si talis Confessarius esset Parochus, aut poenitens esset in mortis periculo. Si autem cum gravi culpa erravit in administratione hujus sacramenti, Sacerdos qui-

cumque sit tenetur cum gravi incommodo ad errores reparandos, et ex justitia, quamvis non sit Parochus, quia intercedit quasi contractus inter poenitentem et Confessarium.

Si Confessarius cum sua gravi culpa poenitentem a restitutione debbligavit, tenetur cum suo gravi incommodo, licentia ab eo petita, eum monere, secus teneretur ad restitutionem, quoties si debito tempore poenitentem admonisset, jam ille restituisset. Si autem cum levi culpa poenitentem a restitutione debbligavit, tenetur cum levi incommodo eum de obligatione admonere, quam admonitionem si omittat, tenebitur ad restitutionem, quia suum consilium pergit influere in damnum proximi. Si in confessione monitionem tantum omisisset, licet etiam ex malitia, peccasset graviter, sed ex justitia ad nihil teneretur, quia tunc deesset positivus influxus in alterius damnum, qui

semper requiritur pro restitutionis obligatione.

33. Non loquatur cum poenitente sine ejus licentia de confessione peracta, etiam ad errores reparandos.

34. Non excusatur a gravi culpa simplex Sacerdos quia sua sollicitudine negligit audire confessiones, aut ad id se habilem reddere, cum videt gravem necessitatem qua premitur locus in quo moratur.

35. A reservatione non excusantur ignorantes, sed tantum a censura, si adsit. Casus papales, exceptis duobus, nempe accusatione sollicitationis contra Sacerdotem innocentem, et receptione donorum a regularibus, qui casus reservantur sine censura, principaliter sunt reservati propter censuram, et ideo ignorantes illam excusantur a reservatione: econtra per casus episcopales principaliter reservantur peccata, licet sit eis adnexa censura, unde etiam ignorantes non excusantur a reservatione.

36. Ordinarie non reservantur nisi peccata externa gravia, consummata et perfecta in sua specie.

37. Cum non potest adiri superior quia longe abest, potest inferior indirecte absolvere a reservatis urgente aliqua causa, v. g., ut vitetur scandalum aut infamia, ut satisfiat praecepto Paschali, aut quia poenitens deberet diutius manere in mortali: sed cessante impedimento, tenetur postea poenitens superiori se praesentare ut absolvatur directe.

38. Reservatio injusta nihilominus est valida.

39. Peregrini, quantum ad reservationem, judicandi sunt juxta leges Diocesis in qua reperiuntur, nisi forte a patria migrassent in fraudem reservationis, nempe eo fine unico et principali proficiscerentur ut alibi facilius absolverentur, non autem si discedant pro aliis negotiis, vel ut reperiant Confessarium incognitum, prudentiorem, etc.

40. Poenitens qui bona fide reservatum confitetur Confessario simplici, aut obliviscitur illius, valide absolvitur, quia directe a non reservatis, et indirecte a reservato; haec est sententia communis, quae si esset falsa, suppleret Ecclesia jurisdictionem.

41. Qui confitetur superiori reservatum, etiam per confessionem sacrilegam, eximitur a reservatione, quia jam obtentus est finis reservationis qui est ut subjiciatur peccatum judicio superioris.

42. In dubio an poenitens incurrit nec ne aliquam reservationem, potest a simplici Confessario absolvi, sive dubium sit facti, sive sit juris, aut negativum, aut positivum.

43. In sigillo sacramentali non datur parvitas materiae.

44. Potest Confessarius uti notitia habita extra confessionem, modo non manifestet aliquam circumstantiam ex sola confessione cogni-

tam, sed valde cavendum ne fiat pro circumstantibus periculum scandali, et putent sic confessiones revelari.

45. Confessarius non potest uti licentia accepta a poenitente loquendi de confessione, si eam obtinuerit repetitis petitionibus et importunis, aut si eam poenitens revocaverit.

46. Frangit sigillum qui utitur notitia confessionis ad externam gubernationem in gravamen poenitentis, v. g., ad negandum officium, si non aliunde eum noscat indignum, item qui a servo claves aufert, qui aliquem torvo oculo aspicit. Sed potest Confessarius uti notitia confessionis quoties non subest gravamen nec revelatio, v. g., poenitentem humanius tractare, casui studere, alios monere in generali, ab aliquo damno majori diligentia cavere, modo nemo possit suspicari quod ea oriuntur e confessione, secus haec major diligentia foret semper graviter illicita. Confessarius nemini potest negare schedulam de

sola confessione peracta, tacendo de absolutione.

47. Non licet uti scientia acquisita in confessione nisi quando moraliter certum est non adesse aliquam fractionem sigilli, aut aliquod gravamen poenitentis; in hac materia numquam licet ea uti opinione probabili quae secum fert periculum gravaminis poenitentis, numquam enim licet opinione uti quae potest vergere in damnum juris certi quod proximus possidet; certum est autem quod proximus possidet jus certum ne gravetur ex sua confessione.

48. Bulla Gregorii XV circa omnes Sacerdotes qui personas quaecumque illae sint ad inhonesta inter se, sive cum aliis quomodo libet in actu confessionis sacramentalis, sive ante, sive post immediate, seu occasione, seu praetextu confessionis, etiam confessione non secuta, sive extra confessionis occasionem in confessionario, aut in loco quocumque ubi confessiones audiuntur,

seu ad confessionem audiendam electo, simulantes confessiones audire, sollicitare pro se, vel aliis tentaverint, aut cum eis illicitos et inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, mandat omnibus Confessariis, ut suos poenitentes quos noverint fuisse ab aliis sollicitatos moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu tractantes, Episcopis,

Sunt denunciandi, licet jam jurisdictione privati sint, licet sollicitatio fuerit mutua, licet poenitens consenserit (quod non tenetur dicere, et ne quidem de hoc potest interrogari), licet dudum e venerit, licet Confessarius ab aliis jam fuerit accusatus, licet pro alio aut alia sollicitaverit, licet sit jam emendatus, et quidem a longo tempore, quia finis Ecclesiae in imponenda tali obligatione non est solum ut reus emendetur, sed etiam animadversio in hujusmodi delicta ad aliorum exemplum. Non tenetur autem ad denunciandum poenitens quae sola so-

licitavit, licet Confessarius consenserit.

Non potest absolvi poenitens nisi prius denunciaverit, aut promiserit se quam primum poterit denunciaturum. Si non possit per se, tenetur per alium id praestare, aut per litteras, aut mediante ipso Confessario ab Episcopo ad hanc denuntiationem excipiendam delegato, quod rarum esse debet. Si absolute poenitens nolit denunciare, scribat Confessarius Romae pro dispensatione ab hac obligatione, et interim non absolvat. Qui non denuntiat intra mensem a die quo novit obligationem, incurrit excommunicationem ipso facto, donec denunciaverit; cum autem executata est denuntiatio, quis Sacerdos potest absolvere a censura contracta propter dilationem.

49. Qui injuste accusat, aut procurat accusationem Sacerdotis innocentis de sollicitatione, incurrit reservationem papalem sine censura.

50. Confessarius debet admone-

re poenitentem de obligatione denuntiandi, licet haec admonitio non sit profutura. Denuntiatio exigitur non tantum a poenitentibus, sed ab unoquoque qui id sciat, modo sciat a personis fide dignis, licet promiserit secretum cum juramento, excipe si secretum sit manifestatum ad consilium capiendum.

51. Quando verba aut facta sunt verae sollicitationes, et dubitatur quis sit Sacerdos sollicitans, denuntiatio est facienda, ut superior possit inquirere de persona; non autem quando est certus Sacerdos, sed dubitatur an verba aut facta ejus sint verae sollicitationes, quia in dubio nemo debet fama sua privari.

52. Sacerdos sollicitans incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Missae, et, ut videtur, etiam ante sententiam. Multa sunt verba quae indirecte continent sollicitationem et denuntiationem exigunt. Judicetur nomen sollicitantis, tempus, locus, aetas, statura, capilli.

Juret poenitens se praefatam denuntiationem nemini communicaturum.

DE EXTREMA UNCTIONE.

53. Extrema Unctio debet dari infirmis qui tam graviter laborant ut mortis periculum imminere videatur (*Rit. Rom.*); quando potest infirmo non jejuno praeberi viaticum, potest etiam dari Extrema Unctio. Gravissime peccant qui illud tempus aegroti ungenti observare solent, cum jam omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat (*Cat. Rom.*).

In eadem infirmitate iterari non debet nisi diuturna sit, aut, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat (*Rit. Rom.*).

Non debet dari perpetuo amentibus, nec pueris ratione carentibus, sed detur ea pollentibus, licet non sint apti ad communionem; in dubio detur sub conditione, idem dicatur

re poenitentem de obligatione denuntiandi, licet haec admonitio non sit profutura. Denuntiatio exigitur non tantum a poenitentibus, sed ab unoquoque qui id sciat, modo sciat a personis fide dignis, licet promiserit secretum cum juramento, excipe si secretum sit manifestatum ad consilium capiendum.

51. Quando verba aut facta sunt verae sollicitationes, et dubitatur quis sit Sacerdos sollicitans, denuntiatio est facienda, ut superior possit inquirere de persona; non autem quando est certus Sacerdos, sed dubitatur an verba aut facta ejus sint verae sollicitationes, quia in dubio nemo debet fama sua privari.

52. Sacerdos sollicitans incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Missae, et, ut videtur, etiam ante sententiam. Multa sunt verba quae indirecte continent sollicitationem et denuntiationem exigunt. Judicetur nomen sollicitantis, tenipus, locus, aetas, statura, capilli.

Juret poenitens se praefatam denuntiationem nemini communicaturum.

DE EXTREMA UNCTIONE.

53. Extrema Unctio debet dari infirmis qui tam graviter laborant ut mortis periculum imminere videatur (*Rit. Rom.*); quando potest infirmo non jejuno praeberi viaticum, potest etiam dari Extrema Unctio. Gravissime peccant qui illud tempus aegroti ungenti observare solent, cum jam omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat (*Cat. Rom.*).

In eadem infirmitate iterari non debet nisi diuturna sit, aut, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat (*Rit. Rom.*).

Non debet dari perpetuo amentibus, nec pueris ratione carentibus, sed detur ea pollentibus, licet non sint apti ad communionem; in dubio detur sub conditione, idem dicatur

de amentibus. Impoenitentibus et iis qui in manifesto peccato mortali perseverant, et excommunicatis penitus denegetur (*Rit. Rom.*) Quisquis tenetur curare ut hoc sacramento muniatur.

DE MATRIMONIO.

1. Non obligant sponsalia vi, dolo, errore substantiali, aut metu gravi ab extrinseco inita. Tactus etiam pudici vetantur sponsis, quoties ad id fiunt ut delectatio sensibilis habeatur, quia secum ferunt periculum delectationis venerae quae est sensibili proxima.

2. Sponsalia obligant sub gravi ad contrahendum matrimonium quantocius. Si quis sponsalia cum duabus contraxerit, valent prima, licet etiam secunda sponsa ea ignoraverit, et cum ea copula habitasit.

3. Filius potest, quin peccet,

inisciis aut invitis parentibus contrahere in sequentibus casibus: 1. si parentes velint impedire ne nubat honeste, et ipse sit in periculo incontinentiae; 2. si velint ut nubat invite, id est, ducat indignam, infirmam, pravae conditionis; 3. si filius injuste a parentibus vexaretur; 4. si parentes essent absentes, et praesumeretur eorum consensus.

4. Dissolvuntur sponsalia ex parte innocentis ob matrimonium validum contractum; quoad nocentem vero, obligatio suspenditur, non auferitur. Insuper dissolvuntur ob mutuum censum sponsorum; si sint puberes, statim; si impuberes, statim ac ad pubertatem pervenerint; dissolvuntur ob impedimentum dirimens superveniens, saltem pro innocente, nocens autem tenetur dispensationem procurare, sed non cum magno labore, nisi reparandum esset damnum deflorationis, aut infamiae sponsae; dissolvuntur ob antea ignotam disparitatem conditionis, ob defectum justum, non autem injus-

tum consensus parentum, ob grave delictum alterius, ob cognitam alterius asperitatem, aut morbum gravem, aut aes alienum quo gravetur sponsus, aut defectum dotis in sponsa.

Generaliter, prima regula sit: ad dissolvendum ob causas supervenientes, sufficit ea causa quae si praevisa fuisset, contractus non existisset. Secunda regula: ob causas praecedentes, sufficit ut adsit illa quae si suboriretur valeret ea impedire.

Hinc si ignorantia illius causae non dedisset causam contractui, sed fuisset concomitans, id est quod etiam cognita non impedivisset sponsalia, tunc non possunt dissolvi. Dissolvuntur ob absentiam in regionem longinquam, ob terminum sine culpa elapsam et praefixum ad finiendam obligationem, ob ingressum in religionem, non autem pro eo qui ingreditur, sed pro eo qui in seculo manet; ob susceptionem Ordinis sacri, aut votum recipiendi, aut votum

simplex castitatis, quia in sponsalibus semper subauditur conditio: Nisi status melior eligatur.

5. Communis est inter Doctores sententia ministros Matrimonii esse ipsos contrahentes. Materia est mutua traditio juris quod alter in alterius corpus acquirit per verba aut signa consensum exprimentia; forma est mutua acceptatio.

6. Ad valorem Matrimonii sufficit praesentia Parochi audientis, licet nihil dicentis, imo repugnantis; si tamen juste repugnet, adest validum Matrimonium, sed graviter illicitum: tunc solum esset invalidum Matrimonium, ut pluries declaravit S. C., quando Parochus nihil intellexisset, modo non affectasset nihil intelligere.

Matrimonia celebrata coram Parocho et duobus testibus cum occulto impedimento, obtenta dispensatione, convalidantur et vera sacramenta fiunt solo consensu potest Papa dispensare, nec requiritur de novo praesentia Parochi. Declara-

vit tamen S. C. quod si Matrimonium esset nullum ex causa publica, id etsi ob defectum aetatis, tunc reconvalidandum esset coram Parocho et testibus.

7. Non peccat qui contrahit in concupiscentiae remedium.

8. Si apponatur conditio contraria substantiae Matrimonii, v. g. te duco ea conditione ut prolis generationem vites, ut adulterium committas, matrimonium est nullum; si autem conditio est turpis alio modo, aut si est impossibilis, tunc habetur pro non adjecta, et Matrimonium est validum, quia praesumitur datus consensus non obstante conditione apposita; sed si unquam sponsi vere non intenderent consentire sine tali conditione, Matrimonium esset invalidum; caeterum in dubio debet judicari in favorem illius.

9. Usus Matrimonii esset illicitus, si illud est certe nullum; tunc sciens nec petere nec reddere unquam potest ignorantibus. Si nullitas est dubia, dubitans non potest pete-

re, sed tenetur reddere bona fide petenti; si autem adhibita diligentia dubium vincere non possit, non obstante quacumque probabilitate in contrarium, potest petere, quia contrahendo in bona fide, jam acquisivit jus certum ad petendum, de quo non potest privari nisi per impedimentum certum.

Quando debet aliquis dubitare de valore matrimonii? Regula 1. Coniux ordinarie non tenetur credere alteri etiam juranti se fecte consensisse; 2. nec tenetur credere impedimento, si illud audiat a personis parum fide dignis, vel ex fama sine fundamento; 3. si audiat ab aliquo fide digno, tenetur inquirere, et interim non petere, sed reddere, si unus tantum sit testis. In dubio semper judicandum est pro Matrimonii valore, tam in foro interno; quam externo; unde si quis Matrimonium contrahit cum dubia fide, post diligentiam adhibitam ad dignoscendam

veritatem, adhuc dubio perseverante, potest reddere et petere.

10. Usus Matrimonii non est licitus si adsit grave periculum sanitatis, nec obsit periculum incontinentiae. Licitus est, si morbus sit diuturnus, et adsit justa causa, modo alter moneatur de morbo, sed alter non tenetur consentire. Morbum patiens potest licite negare debitum, quin debeat patefacere causam, nemo enim tenetur creare sibi infamiam.

Non licet petere statim a balneo, a sectione venae, cum febris.

Licet petere ab uxore quae versatur in perpetua gonorrhoea, et tempore menstrui diuturni: quae si non durent, petitio non excedit veniale. Licet post prandium, et tempore lactationis, si non noceat proli; item in purgatione puerperae, modo non eadem die, vel sequenti partus.

11. Graviter illicitus est usus si fiat mente adultera, si extra vas naturale, etiamsi ibi copula sit tantum

inchoata; si autem stando, vel sedendo, vel more pecudum, vel viro succumbente, sine justa causa, erit veniale. Non esset peccatum retrahendi se ante seminationem, si non esset periculum effundendi seminis, sed ordinarie adest, praecipue in viro; vir autem graviter peccat, si se retrahat postquam mulier jam seminavit aut est proxima ad seminationem, et probabiliter etiam mulier si se retrahat post viri seminationem et ante propriam, quia probabiliter etiam semen mulieris est necessarium ad generationem, unde retrahente se viro post seminationem, potest mulier tactibus se excitare ut seminet ad complementum copulae.

12. Petere ante communionem est veniale, nisi fiat ad evitandam incontinentiam, nullum vero peccatum reddere. Potest autem post communionem et diebus festivis; item tempore praegnationis, nam ordinarie abest periculum abortus.

13. Conjux prohibitus a peten-

do ob votum aut impedimentum affinitatis post Matrimonium ab eo contractum, tenetur reddere alteri, etiam interpretative petenti: et quoad affinitatem, licet etiam petere in periculo incontinentiae propriae, in quo licet etiam conjugum petere ab altero excommunicato, et excommunicato ab altero non excommunicato.

14. Tactus sine copula non excedunt veniale, modo non praevideatur pollutio in se vel in altero, etiam involuntaria. Non potest conjux seipsum tangere cum delectatione sine copula. Hortandi sunt conjuges ne delectentur de copula habita vel habenda, si alter absit, sed non sunt damnandi de mortali, nisi delectatio furet venerea.

15. Neuter conjux tenetur petere, nisi praevideat in se vel in alio periculum incontinentiae. Tenetur vir accedere si mulier tacite petat. Conjux negans ordinarie graviter peccat, nisi alter remisisset et facile precibus negans ce-

deret, aut saepius, puta quater in eadem nocte, alter peteret, aut dilatio esset tantum aliquot horarum.

16. Metus ne nascantur filii non sufficit ad negandum, si adsit periculum incontinentiae. Si alter petat cum peccato gravi, et culpa se tenet ex parte actus, puta cum periculo abortus, scandali, aut sanitatis alterutrius, postulatus tenetur sub gravi negare; si autem culpa se tenet ex parte petentis, puta si habeat votum, aut petat ob pravum finem, alter tenetur reddere, hortando tamen petentem ut desistat, aut potius eum petitione praeveniando. Si petat incestuosus qui jam privatus est jure petendi, alter non tenetur, sed potest reddere.

17. Volenti seminare extra vas, mulier videtur posse negare, imo ad id teneri, si possit sine suo gravi incommodo, sed probabilius post monitionem tenetur reddere, quia culpa se tenet, non ex parte actus, sed personae. At non potest petere, nisi adsit pro se periculum incontinen-

tiae, aut nisi deberet perpetuo abstinere; valde autem cavendum est ne ipsa mulier ita fieri velit aut optet.

18. Ut vir incestuosus privetur jure petendi, debet noscere legem ecclesiasticam et poenam appositam et copula debuit esse cum seminatione. Possunt super hoc dispensare Episcopi et Mendicantes.

19. Si conjux timet damnum leve sanitatis ex redditione, tenetur reddere; si grave, nec tenetur nec potest, nisi adsit proximum periculum incontinentiae vel in se vel in petente, aut timeantur magna dissidia; in his casibus potest et tenetur reddere ex caritate; excipe nisi morbus quo infici veretur sit proxime tendens ad mortem, in hoc enim casu potest, sed non tenetur, quia caritas eum excusat si reddat, sed non obligat.

20. Solum periculum ne proles defectuosa nascatur non excusat a reedendo. Non tenetur reddere uxor quae scit se non posse sine

mortis periculo parere; potest autem et reddere et petere ob periculum incontinentiae, licet ordinarie pariat mortuos.

21. Peccat mortaliter qui cohibet seminationem, altero seminante, vel qui se retrahit antequam alter seminaverit; item uxor quae statim surgit aut mingit ad impediendam generationem.

22. Licet viro copulari, quamvis ob senectutem aut infirmitatem saepe extra vas semen effundat, semper ac adest spes effundendi intra.

23. Tenentur conjuges cohabitare, etiam quoad torum, nisi separantur mutuo consensu, et sine periculo incontinentiae. Vir, si diu absit, debet, si possit, secum ducere uxorem.

24. Impedimenta impediencia, praeter peccatum mortale et excommunicationem his comprehenduntur versibus:

Ecclesiae Vetitum, nec non Tempus feriarum, Atque Catechismus, Crimen, Sponsalia, Votum Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Ecclesiae vetitum, id est prohibitio Episcopi aut Parochi propter suspicionem impedimenti aut inhabilitatis; *Tempus feriarum*, sed prohibetur tantum benedictio Matrimonii, non autem ipsum Matrimonium aut ejus usus; *Catechismus*, id est fidei professio quae nomine baptizandi fit, cessavit per Tridentinum; *Crimen*, v. g. incestus cum propria matre, ratur alienae sponsae, etc. desuetudine exolevit; *Sponsalia*, cum alia persona inita, sed non dissoluta; *Votum simplex castitatis*, aut religionis, aut non nubendi; non potest dispensare Episcopus ante Matrimonium, si votum sit absolutum, secus si est poenale aut conditionatum, nisi sit periculum incontinen-

tiae, aut gravis damni, et impossibilitas sit cito recurrendi ad Papam. Sed post Matrimonium, Episcopus et etiam Mendicantes possunt dispensare in voto castitatis ante vel post Matrimonium emisso: si tamen conjuges communi consensu illud emisserint, solus Papa potest dispensare.

25. Episcopus potest dispensare super omnibus proclamationibus, urgente gravissima, legitima, et ineluctabili causa, ait Bened. XIV in Bulla *Nimia licentia*, modo Episcopo constet non esse impedimentum; imo potest Parochus in gravissima necessitate declarare praeceptum non exstare. De caetero proclamationes debent fieri ter publice in Ecclesia. Quilibet impedimenti conscius tenetur illud denuntiare, licet non possit probare. Fama impedimenti sufficit ad impediendas nuptias. Parochus tenetur sub gravi antequam Matrimonio assistat ad investigandum an exstet impedimentum.

26. Impedimenta dirimentia, praeter defectum consensus, sunt:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen.

Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.

Aetas, Affinis, si Clandestinus, et Impos.

Raptae sit mulier, nec parti redita tuae.

Haec socianda vetant connubia, facta retractant.

Error, non qualitatis, nisi eam contrahens principaliter intenderit, sed ipsius personae. *Conditio* servilis ignorata. *Votum* solenne castitatis, vel ob sacri Ordinis susceptionem, vel ob religiosam professionem spontaneam, nam non spontanea est nulla, a quibus videtur Papam posse dispensare.

Cognatio, vel legalis quae oritur ex adoptione perfecta cum rescripto Principis, et dirimit inter varias personas, vel spiritualis ex Baptis-

mo et Confirmatione inter baptizantem et baptizatum, patrinum et baptizatum et parentes baptizati, vel carnalis ex consanguinitate personarum quae ex eodem stipite descendunt; haec in linea transversali ex lege Ecclesiae Matrimonium dirimit usque ad quartum gradum, in linea recta semper. In linea recta, tot sunt gradus quot sunt personae, dempto stipite qui numquam numeratur; in linea transversali aequali quot gradibus distant inter se; in linea transversali inaequali, quo, gradibus consanguineus remotior distat a stipite, tot gradibus distant inter se.

Crimina impediencia sunt homicidium, adulterium, et raptus. Pro homicidio, si ambo sponsi conspirant sine adulterio in mortem conjugis, cui alter eorum erat ligatus, eo fine ut inter se contraherent, hoc impedimentum est dirimens morte secuta; aut si eo fine expresse ut Matrimonium novum ineatur, una pars tantum altera inscia, post adul-

terium perfectum cum futuro, conjugem suum det morti, modo finis homicidii fuerit ante manifestatus alteri parti, saltem signis, donis, familiaritate; vel si, sine homicidio, altera pars vivente conjugate committat cum futuro adulterium, cum promissione Matrimonii quae acceptetur: vel si adsit adulterium cum Matrimonio attentato, nempe cum vir vivente uxore cognoscit aliam, et intendat cum illa contrahere. Non est impedimentum, sed grave peccatum sola promissio ducendi aliam, si fit vivente conjugate.

Disparitas cultus inter baptizatum et non baptizatum dirimit, inter catholicum et haeticum imdedit, nisi Papa dispenset. *Vis*, et etiam metus gravis injuste incussus; dicitur gravis, ut si proveniret ex periculo exilii, infamiae, amissionis notabilis bonorum, metus, inquam, ab extrinseco, non autem metus mere reverentialis, aut ab intrinseco; dicitur injuste incussus, unde si sponsus facta Matrimonii promissione ex

timore judicis juste poenam micidantis contrahit Matrimonium, illud est validum.

Pro *Ordine* sacro, ratiocinandum sicut de voto solemnium. Dirimit *Ligamen*, id est, ille qui alio Matrimonio ligatus est, quin constet de morte conjugis, non potest aliam ducere, et si prior campareat, qui aliud Matrimonium contraxit tenetur ad priora vota redire. *Honestas*, ille qui sponsalibus celebratis cum una, vellet Matrimonium contrahere cum ejus consanguinea in primo gradu, vel qui post matrimonium ratum, etiam nullum, modo tale non sit nullum defectu consensus, vellet contrahere cum consanguinea usque ad quartum gradum. Sponsalia, licet mutuo consensu soluta, pariunt impedimentum, non autem si fuerint invalida.

Aetas, 14 anno pro sponso, 12 pro sponsa, quam ante aetatem Matrimonium est nullum. Matrimonium senum aetatis decrepitae est vali-

dum, modo coire possint arte medica. *Affinitas* quae oritur ex copula habita ab uno sponsorum cum consanguineo alterius, dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum, si fuerit copula licita, usque ad secundum si illicita. *Affinitas* non parit affinitatem, unde duo fratres possunt ducere duas sorores, vitricus uxerem privigni sui. Si quis cognoscit sororem suae sponsae, neutram sine dispensatione ducere potest.

Clandestinitas, Matrimonium est nullum si desit assistentia Parochi et duorum testium, ubi Tridentinum est receptum, qui testes possunt esse pueri (modo sint rationis capaces), infames, parentes, servi, mulieres, et etiam illi qui casu illac transeunt, aut vi detinentur. Parochus etiam suspensus, excommunicatus vitandus, valide assistit, et in necessitate licite. Debet esse Parochus domicilii alterutrius sponsi; et potest assistere etiam extra suam Parochiam et Dioecesim, quia exer-

cet actum jurisdictionis. Vagi post informationes et licentiam Episcopi, possunt contrahere ubique. Exteri non possunt contrahere extra patriam, nisi ostendant fidem Ordinarii proprii de eorum statu libero.

Impotentia, si sit perpetua et antecedit Matrimonium, illud est nullum; si certa sit, potens pars potest statim ab impedita discedere quin dilationem concedat, imo tenetur si adsit periculum incontinentiae, et ad alias nuptias transire. Si dubia sit impotentia, datur triennium ad experiendum. *Raptus*, debet esse ab una ad aliam domum, solo fine Matrimonii, dissentiente muliere. Raptor, praeter impedimentum, et auxiliantes incurrunt excommunicationem ipso facto; idem est pro sponsatis, id est raptor incurrit impedimentum et poenas, licet cum rapta prius contraxerit sponsalia, quae tamen probabilius est non invalidari.

27. Matrimonium probabiliter validum, est habendum certe vali-

dum, quia Ecclesia dispensat in impedimento, si exstet, quoties adest vera probabilitas de Matrimonii valore. Si nullum sit ex defectu occulto, noto tantum octo vel decem personis, et periculum non videatur quod illud manifestetur, sufficit ut sponsi, obtenta dispensatione a S. Poenitentiaria, consensum renouent sine Parocho nec testibus, licet conjuges contrahendo fuerint conscii nullitatis Matrimonii.

Qui fecte consensit, per se non videtur teneri ad revalidandum per verum consensum, nisi illud exigat reparatio damnorum dolo illatorum. Qui fecte aut metu contraxit, si velit Matrimonium revalidare, verum praestando consensum, non videtur teneri ad manifestandum alteri parti Matrimonii nullitatem, sed sufficere ut verum praestet consensum, qui cum jungatur eum consensu ab altera parte jam praestito valido jure naturae et moraliter perseverante in cohabitatione maritali, Matrimonium fit validum, quia in con-

tractu Matrimonii non est necessaria simultaneitas physica consensuum, sed sufficit moralis quae in hoc casu habetur.

Neque potest opponi quod si requiretur pars de novo consensu, forte illud non daret, nam hic dissensus interpretativus non est verus dissensus, et interim in suis effectibus perseverat consensus semel praestitus, qui jure naturae est validus, et solum invalidus jure ecclesiastico.

28. Cum Matrimonium est nullum ob aliquod impedimentum, ut revalidetur per novum consensum, sublato impedimento per dispensationem, utraque pars debet esse conscia nullitatis, sed super hoc consensu Pontifex potest dispensare pro parte inscia; imo potest Episcopus, si ex cognitione timeatur mors, infamia, scandalum ob separationem, et necessitas non patiat moram recursus ad Papam; insuper, si absit Episcopus, Confessarius potest declarare consensum tunc non requiri

a parte inscia, ut modo dictum est; sed hoc non fiat nisi urgente gravissima causa, nam ipsa S. Poenitentiarum ordinarie exigit ut nullitas antecedens ab utraque parte nota sit.

29. Papa potest dispensare in omnibus impedimentis ex jure ecclesiastico ortis; sed in iis quae sunt a jure divino, potest tantum in aliquo casu particulari, ut Doctor Ecclesiae et interpres divinae voluntatis, declarare legem divinam in tali casu non obligare.

Causae justae ad obtinendam dispensationem super impedimentis dementibus sunt: 1. extinctio magis litis, vel odii, vel scandali inter agnatos; 2. inaequalitas Matrimonii, nisi inter consanguineos fiat ob defectum dotis vel alterius sponsi; 3. conservatio facultatum in eadem cognatione; 4. merita petentis; 5. aetas excedens 24 annos in muliere; 6. subministratio pecuniae pro operibus piis, etc. Nosceantur conditiones quas debet habere petitio ut

dispensatio non sit subreptitia vel obreptitia.

30. Ante consummationem Matrimonii, quae potest differri ad duos menses, alteruter conjugum intra hos duos menses primos potest intrare religionem, modo exinde non impediatur legitimatio prolis, reparatio scandali, et sponsa non infametur.

31. Videtur Papa posse ob gravissimas causas dissolvere Matrimonium simpliciter ratum. Divortium tori et cohabitationis, firmo remanente vinculo conjugali, potest fieri: 1. si unus conjugum committeret delictum alteri perniciosum, ut si conaretur eum in peccatum inducere, praesertim a fide avertere, et esset periculum perversionis; 2. si alter morbo contagioso laboraret, amens fieret, et adesset periculum pro alio; 3. si mutuo consensu separati, ambo ingrediatur religionem, aut muliere profitente, vir sacris initiatur, aut si mulier 50 annos nata castitatem voveret in saeculo, et vir

profiteretur, aut Sacerdotio initiaretur; 4. ob saevitiam conjugis, verbera injusta, gravia, frequentia; imo pro personae qualitate, convicia crebra et gravia; debet intervenire sententia judicis, nisi mora sit periculosa, aut periculum non facile probaretur; 5. ob adulterium certum et perfectum, raro tenetur, sed potest conjux discedere, nisi ipse sit quoque reus adulterii, aut consenserit adulterio alterius, aut mulier vi fuerit oppressa, aut injuria sit remissa, praesertim per copulam subsequutam.

Conjux innocens semper habet jus revocandi adulterum, sed difficulter adultera poterit obligari ad redeundum ad virum, quia ipsa poterit timere gravia damna. Ad separationem ob adulterium non videtur requiri sententia. Facta separatione per sententiam, innocens potest ingredi religionem, sed non adulter sine alterius licentia, aut nisi alter statum irretractabilem assumpsisset. Filii educentur apud

innocentem; videndum cujus expensis.

DE CENSURIS.

1. Censura est vel latae, vel ferendae sententiae, a jure, vel ab homine superiore ecclesiastico habente jurisdictionem ordinariam et expeditam; unde non potest ferri ab excommunicato, suspenso, haeretico, schismatico, nisi sit occultus, quo in casu illicite, sed valide fertur. Censura lata ex coactione aut metu gravi est valida, sed invalida est ejus absolutio metu injusto extorta.

Censura lata a jure aut ab homine sententia generali non incurritur ab impuberibus, nisi exprimatur, ut fit pro ingressu claustrorum et percussione Clerici. Episcopi non incurrun suspensionem nec interdictum nisi specialiter nominentur, de excommunicatione autem dubitatur.

profiteretur, aut Sacerdotio initiaretur; 4. ob saevitiam conjugis, verbera injusta, gravia, frequentia; imo pro personae qualitate, convicia crebra et gravia; debet intervenire sententia judicis, nisi mora sit periculosa, aut periculum non facile probaretur; 5. ob adulterium certum et perfectum, raro tenetur, sed potest conjux discedere, nisi ipse sit quoque reus adulterii, aut consenserit adulterio alterius, aut mulier vi fuerit oppressa, aut injuria sit remissa, praesertim per copulam subsequutam.

Conjux innocens semper habet jus revocandi adulterum, sed difficulter adultera poterit obligari ad redeundum ad virum, quia ipsa poterit timere gravia damna. Ad separationem ob adulterium non videtur requiri sententia. Facta separatione per sententiam, innocens potest ingredi religionem, sed non adulter sine alterius licentia, aut nisi alter statum irretractabilem assumpsisset. Filii educentur apud

innocentem; videndum cujus expensis.

DE CENSURIS.

1. Censura est vel latae, vel ferendae sententiae, a jure, vel ab homine superiore ecclesiastico habente jurisdictionem ordinariam et expeditam; unde non potest ferri ab excommunicato, suspenso, haeretico, schismatico, nisi sit occultus, quo in casu illicite, sed valide fertur. Censura lata ex coactione aut metu gravi est valida, sed invalida est ejus absolutio metu injusto extorta.

Censura lata a jure aut ab homine sententia generali non incurritur ab impuberibus, nisi exprimatur, ut fit pro ingressu claustrorum et percussione Clerici. Episcopi non incurrun suspensionem nec interdictum nisi specialiter nominentur, de excommunicatione autem dubitatur.

Reges et Reginae a solo Papa censurari possunt.

Pro censura gravi, debet adesse contumacia in peccato gravi vel ex se, vel ex circumstantiis; in dubio de gravitate, standum est iudicio superioris; requiritur insuper actus externus et consummatus. Incurritur a mandantibus, licet effectus non sequatur, si principaliter in eos lata sit, secus non; hinc non incurrit qui mandavit percussionem Clerici si illa non evenit, aut consilium praestitum ad eam non impulit percutientem, aut fuit revocatum ante executionem, quia tunc non est contumacia, quae importat contemptum censurae. Requiritur etiam scientia legis et ipsius censurae, quarum quaevis ignorantia excusat a censura; debuit praecedere monitio.

Videtur quod metus gravis excuset a censura.

Si quis esset injuste censuratus, aut de eo dubitaret, non ligetur in conscientia, nec fieret irregularis administrando in Sacris, sed exte-

rius se deberet gerere tanquam censuratum ad evitandum scandalum. Qui extra suam Dioecesim deliquit, et per sententiam particularem excommunicatus est ab Episcopo illius loci, non potest a proprio Episcopo absolvi, nisi de licentia alterius Episcopi, quia factus est subditus illius Episcopi circa illud particulare ratione delicti.

Qui habet facultatem absolvendi a casibus Papalibus, non ideo potest absolvere a casibus Bullae *Coenae*, et qui habet pro Bulla *Coenae*, non ideo potest pro haeresi, ut declarat Ben. XIV in Bulla *Convocatis*.

Facultas data ab Episcopo pro reservatis, non valet pro iis quibus anexa est censura reservata; econtra facultas data a Papa pro reservatis, valet pro censuris reservatis.

Ad absolvendum a censura in foro interno sufficit quodlibet signum externum, sed non sola voluntas; potest absolvi valide etiam absens,

et licite gravi urgente causa, et valide etiam invitus, sed illicite.

Absolutio metu gravi et injusto extorta est nulla.

Satisfactio parti offensae debet fieri pro foro externo ante absolutionem a censura, et si illud sit impossibile, detur cautio aut juramentum satisfaciendi. Juret de non reincidendo, si crimen sit enorme.

2. Vitandi tantum sunt illi qui nominatim sunt excommunicati et denuntianti; non adest igitur obligatio vitandi excommunicatos etiam notorios, nisi isti nominatim excommunicati et denuntianti in loco publico; sed Conc. Const. declaravit se velle hac distinctione prospicere tantum bono fidelium, non autem excommunicatorum, unde videretur quod excommunicati peccarent semper communicando cum aliis, dum alii non peccarent; sed res aliter se habet, nam si tolerati communicando cum fidelibus peccarent, esset inutilis illa licentia data fidelibus, dum indirecte, id est ratione caritatis ex

qua tenetur unusquisque non praebere alteri occasionem peccati, iisdem fidelibus esset vetita illa communicatio; unde restat quod universae possint fideles et excommunicati tolerati simul communicare. Vitandi sunt percussores Clerici, si percussio sit publica, aut delictum sit probatum in iudicio.

3. Excommunicatio privat usu passivo sacramentorum, nisi excuset timor gravis damni, et non fiat cum contemptu censurae; privat quoque usu activo licito, nam adest validitas, excipe quod vitandus non potest ministrare sacramentum Poenitentiae quia omni jurisdictione privatur; toleratus autem toties licite sacramentum ministrat quoties illud ab eo requiritur; hinc die festivo, si desit alter Sacerdos, toleratus postulatus potest celebrare, modo absit scandalum.

Excommunicatus non potest esse iudex, scriba, testis, advocatus, pro-

curator, testator, tutor, praesentator ad beneficium; haec omnia plerumque pro vitandis sunt illicita et invalida, pro toleratis autem tantum illicita. Vitandus, non autem toleratus, privatur sepultura ecclesiastica, et ille qui eum sepeliret modo ecclesiastico incurreret excommunicationem, nisi dederit signa poenitentiae, et absolvatur cadaver; sed nemo sepultura privandus est sine sententia Episcopi.

4. Excommunicatio minor incurritur ob unicam causam, nempe ob communicationem cum excommunicato vitando in actionibus comprehensis in sequenti versu:

*Os, Orare, Vale, Communio,
Mensa, negatur.*

Insuper peccat venialiter qui talia vitando tribuit; sed peccaret graviter: 1. si tribueret in contemptum censurae; 2. si in divinis in materia gravi; 3. si in crimine ob quod alter fuit excommunicatus communicaret.

Incurreret excommunicationem majorem Clericus scienter communicans scum excommunicato nominatim a Papa et denunciato; item si excommunicatio fuit lata in aliquem et simul in participantes, qui tunc communicat cum illo post monitionem incurrit excommunicationem majorem, et non potest absolvi nisi ab eo a quo absolvendus est principalis.

5. Excusant communicantem:

Utile, Lex, Humile, Res ignorata, Necessse.

Utile intelligitur utilitas aut ipsius excommunicati, ut resipiscat, aut utilitas aliorum. *Lex* intelligitur matrimonialis. *Humile* intelligitur subjebtio debita a filiis, militibus, servis. *Res ignorata*, ignorantia, sive inadvertentia vel legis vel facti. *Necessse*, quaecumque necessitas gravis sive temporalis sive spiritualis tam communicati, quam excommunicati, aut aliorum.

6. Duplex est effectus excommunicationis minoris: 1. privare sub gravi receptione sacramentorum; 2. item receptione beneficiorum. Qui cum excommunicatione minore confert sacramenta non peccat, nisi conferendo ipse deberet quoque sacramentum suscipere. Ab hac censura quivis Confessarius potest absolvere.

7. Excommunicationes non reservatae et quae frequentius locum habent, sunt: in extorquentes absolutionem a censuris, in sepelientes publicos usurarios, in contrahentes intra gradus prohibitos, in imprimentes aut facientes imprimere sine permissione, vendentes, retinentes libros de rebus sacris sine nomine auctoris, nisi habeatur licentia ab Ordinario, cujus approbatio apposita indicat eum consensisse ut taceatur nomen auctoris, in profitentes aliquam scientiam qui fidei professionem non emittunt, in potestatem usuris faventem.

In occupantes bona Ecclesiae va-

cantis, in mandantes occisionem alicujus Christifidelis, in impediens sequestrum ab Episcopo praeceptum, in non denuntiantes Episcopos haereticos et Confessarios sollicitantes, in eos qui servare faciunt statuta contraria libertati ecclesiasticae, in Clericos in dignitate constitutos aut Sacerdotes docentes legem aut medicinam, in Sacerdotes qui praefecturas laicales suscipiunt, in Clericos qui locant domos usurariis, aut bona Ecclesiae alienant, aut ultra triennium ea locant, in Concionatores qui impugnant montes pietatis, in eos qui fidei renuntiant aut permutant beneficia, in praesumentes absolvere a casibus Bullae *Coe-nae*, in eos qui in aliquod officium ecclesiasticum se ingerunt sine licentia Episcopi.

In raptos mulierum et iis cooperantes, in ingredientes monasterio monialium sine licentia superioris, in cogentes mulierem invitam ad ingrediendum monasterium, etiam pro educatione, nisi a recta

morum via aberraverit, vel nimia sint apud parentes pericula pro ejus pudicitia; non item est de maribus, tamen non excusatur a mortali qui eos cogunt ad ingrediendum aliquod monasterium, etiam pro sola educatione, justa deficiente causa. Excommunicantur qui impediunt ne mulier ingrediatur monasterium ad profitendum.

8. Excommunicationes reservatae Papae extra Bullam *Coenae*, sunt: in incendiarios denuntiatos, in frangentes et spoliantes Ecclesias, in vexantes eos qui ferunt censuras, in dantes aut recipientes aliquid ut admittatur quis in religionem, aut ut obtineatur aliqua gratia vel justitia Romae, in committentes simoniam realem aut confidentialem, in duellatores, patrilinos, consultores, fautores, et spectatores qui sua assistentia incitant ad pugnam.

In usurpantes bona Ecclesiarum, aut aliorum locorum piorum, in exigentes tributa ab ecclesiasticis, in violantes interdictum, in publican-

tes falsas indulgentias, in retinentes fructus beneficii vacantis, aut impediendo possessionem, in sustinentes opiniones damnatas, in Parochos non residentes, in regulares viaticum ministrantes, aut absolventes a reservatis Episcopis, in defendentes praxim interrogandi de nomine complices, in Confessarios qui absolvunt complices peccati turpis, in defendentes sententiam oppositam immaculatae Conceptioni, et pariter in asserentes hanc piam sententiam esse articulum fidei (*) nam est tantum pia sententia ubique recepta, pro qua defendenda moriens martyr esset, talis enim cultus erga B. V. est actus religionis pro quo defendendo potest acceptari martyrium (*S. Thom., Bened. XIV. de Can., l. 1, c. 14, n. 13.*).

In quamcumque personam utrius-

[*] Nunc, haec sententia est dogma fidei, a Smo. P. Pio IX solemniter declaratum.

que sexus, etiam infantem, quae ingreditur monasterium claustrale monialium sine licentia scripta Episcopi vel superioris, et vetatua ipsis Episcopis et Praelatis regularibus sub gravibus poenis ingressus sine necessitate, in qua paucos debent habere socios.

Licentia non requiritur scripta pro iis quorum opera monialibus est jugiter necessaria, sed debet esse pro persona designata: Praelatus potest superiorissae committere hanc licentiam concedere.

Confessarius pro infirma ingrediatur cum cotta et stola, et ad alias monasterii partes non divertat, regularis cum socio, secularis solus, sed eos comittrices semper videant. Medicus omni trimestri licentiam renovet, solus ingrediatur, duabus e senioribus comitatus: item omnes operarii necessarii, sed deficiente illo cui licet, alius ei non potest sufficere sine nova licentia.

9. Vetatur sub poena excommunicationis, sed ferendae senten-

tiae ab Episcopo, laicis, et suspensionis Clericis, ne frequentent colloquia monialium. Regulares accedentes ad colloquendum cum monialibus, etiam ex rationabili causa, peccant mortaliter, quando non adest licentia Episcopi. Idem dicendum de regularibus qui, habita ad moniales concione, cum iisdem, sine licentia Episcopi, etiam de rebus spiritualibus colloquuntur.

10. Excommunicantur a S. Pio V. moniales quae uno pede e claustrum egrediuntur; item mulieres, exceptis reginis et fundatricibus, quae claustrum virorum ingrediuntur ipso facto excommunicationem papalem incurrunt.

11. Quod attinet ad percussio- nem Clerici (videndum est in libro quinam intelligantur sub nomine Clerici), incurrunt excommunicationem reservatam Papae omnes cuiusvis sexus et aetatis rationis capaces, etiam illi qui efficaciter mandant cum influxu gravi, aut illi dant consensum influentem efficaciter in

percussionem, aut factam approbant in certis casibus, item qui non impediunt cum ad id tenentur ex iustitia aut officio, quoties injuria censetur gravis ratione reverentiae Clerico debitae. Sufficit percussio etiam levis, imo conspuere, luto inquinare, vestem scindere, in carcerem conjicere, habenis equum retinere.

Non excommunicantur fures qui vim non adhibent, sed clam surripiunt Clerico, nec illi qui percutiunt joco, aut sine culpa gravi, nec parentes aut praeceptores qui pro modum correctionis et moderate verberant. Excusantur pueri tonsurati qui se invicem pugnis percutiunt, illi qui se defendunt cum moderamine inculpatae tutelae, et illi qui ob iram subitanam sine advertentia agunt.

12. In Bulla *Coenae*, principalis excommunicatio reservata est illa quae fertur contra haereticos, eorum fautores, et scienter retinentes, legentes, imprimentes, venden-

tes, ementes, defendentes eorum libros de religione tractantes, vel haeresim continentes (non autem libros mere scientificos), licet intentio sit eos confutandi; excipe si aliquis doctus legeret ut converteret haereticum, et res non pateretur moram ad patendam licentiam. Eam incurrunt illi qui ex errore intellectus, et cum pertinacia voluntatis amplectuntur opinionem quam sciunt oppositam doctrinae Ecclesiae, aut qui dubitant, positive de articulo fidei, nam qui negative dubitat, non judicando, sed suspendendo iudicium, peccat quidem, sed non incurrit censura. Haereticus autem, et positive dubitans ad incurrendam censura debet errorem verbis aut signis manifestare animo profitendi, licet nemini innotescat.

13. Qui legunt, retinent libros ex professo obscenos puniuntur a Sisto V. excommunicatione reservata.

14. Scripta damnata tanquam suspecta de haeresi et in Indice ro-

mano contenta, prohibita sunt sub excommunicatione, sed non reservata.

15. Irregularitas ex homicidio, aut mutilatione incurritur a mandantibus, consulentibus, et quandoque a cooperantibus, non autem ab illis qui se defendunt.

DE PRIVILEGIIS.

1. Privilegiatus non tenentur uti suo privilegio, nisi eo uti expediat bono communi, ut privilegium immunitatis quo omnes ecclesiastici uti tenentur. Regulares non possunt renuntiare suis privilegiis. Privilegia gratiosa late sunt interpretanda, stricte autem odiosa, aut illa quae cedunt in praejudicium aliorum, si concessa sint personae particulari; si autem communitati, latissime interpretentur.

2. Ex Bulla S. Pii V. saeculares possunt audire Missam et con-

ciones in Ecclesiis Regularium, et ibi praecepto satisfacere.

Ecclesiastici jure divino sunt exempti a potestate saeculari quoad materias spirituales, ut Ordines, Electiones; circa suas personas et loca, saltem jure canonico sunt exempti. Caeterum tenentur in conscientia, sed non vi coercitiva, illis legibus civilibus quae non repugnant eorum statui. Exempti sunt in omni causa spectante ad forum ecclesiasticum, excipe si inveniantur sine veste clericali, aut cum armis prohibitis, aut in flagranti delicto, nam tunc possunt incarcerari, ut postea Curiae ecclesiae remittantur. Circa bona ecclesiastica non tenentur solvere vectigal.

4. Omnes delinquentes christiani ad loca sacra confugientes gaudent immunitate, et qui eos extrahere tentant incurrunt ipso facto excommunicationem reservatam Papae vel Episcopo: excipiuntur latrones publici, depopulatores agro-

rum, omnes homicidae, haeretici notorii, et rebelles contra personam Principis.

5. Episcopi, juxta Trid. sess. 24, c. 5, possunt dispensare in omnibus irregularitatibus et suspensionibus Papae reservatis, excepto homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum, si delictum sit occultum, nempe tantum septem vel octo personis notum in civitate; item possunt absolvere per se vel per alium ad id specialiter deputatum a casibus papalibus occultis, non autem dispensare in irregularitate occulta ex defectu, nisi sit dubia.

His facultatibus privantur Episcopi in locis ubi Tridentinum non est receptum, nam valde incogruum esset ut Concilii gauderet privilegiis qui onera subire recusat. Nomine Episcopi veniunt Vicarii Capitulares Sede vacante, non vero Vicarii Episcoporum. Eadem possunt Episcopi erga peregrinos qui versantur in sua Dioecesi, sed non possunt ab-

solvere a reservatis cum censura ab aliis Episcopis.

Vigore Bullae *Coenae*, Episcopis ablata fuit praefata facultas Tridentini respectu haeresis occultae et aliorum casuum per ipsam Bullam reservatorum; sed potest Episcopus ut Delegatus apostolicus absolvere haereticum etiam notorium quoad forum externum, facta prius abjuratione coram notario et testibus, et postea potest absolvi a peccato haeresis a quolibet Confessario.

Episcopus potest per se, vel per alium absolvere ab omnibus casibus papalibus, etiam ab haeresi, impeditos ire Romam, ut senes, mulieres, infirmos, impuberes, pauperes et alios omnes qui habent alias justas causas quibus ab itinere rationabiliter excusentur, plerique tales sunt; et ita impediti in perpetuum (quod ita judicatur si impedimentum durat ad annos quinque) non tenentur recurrere Romam per procuratorem vel epistolam.

Quando poenitens nequit se prae-

sentare Papae ut a censura papali absolvatur, tenetur ad Episcopum recurrere; quando autem nec illud est possibile, etiam extra mortis articulum, valde probabile est quod possit a simplici Confesario absolvi, cum obligatione se praesentandi Episcopo cessante impedimento, sub poena secus reincidenti; idem dicendum de reservatis Episcopo.

6. Absolutio quarundam censurarum reservatur Episcopo, ut percussio levis et occulta Clerici, abortus fetus animati procuratio, et omnes aliae quas sibi reservat Episcopus.

7. Potest Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus dubiis, imo et in certis, modo Matrimonium sit jam contractum, recursus ad Papam sit difficilis, immineat periculum scandali, aut infamiae, aut incontinentiae, et modo non ambo mala fide contraxerint. Si autem facile possit obtineri dispensatio a Papa, et conjuges sint in bona fide, in ea relinquantur, donec dispensatio

obtineatur. Quando jamjam contrahendum est, et imminet periculum infamiae, et recursus ad Papam est difficilis, Episcopus potest dispensare. Imo, dato casu quod spon si jam ad Ecclesiam pervenerint, et unus ex eis manifestaret Confesario impedimentum occultum contractum tanquam peccatum, et sine infamia non posset differri Matrimonium, declaret Confessarius non obligare tunc legem impedimenti, et jungantur, sed ad cautelam dispensatio a Papa postea obtineatur; hoc currit si Episcopus absit, nam ad eum, si fieri potest, recurrendum est ut dispenset.

8. Episcopi non possunt permittere ut celebretur Missa perpetuo nisi in oratoriis a se benedictis, habitis ut publicis, quorum janua sit ad viam publicam; possunt autem in itinere celebrare per se vel per alium in quacumque domo. Episcopus non potest sine necessitate permittere ut celebretur in domibus privatis, nisi per transennam, duran-

te infirmitate, aut alia quadam necessitate accidentali et justa, quod praesertim potest et debet concedi Sacerdoti infirmo.

9. Superiores regularium, etiam locales, possunt absolvere subditos, novitios et commensales ab omnibus casibus et censuris non reservatis Papae, etiam ante ingressum incuris; item ab omnibus casibus papalibus occultis, prout valent Episcopi erga suos subditos (non autem a casibus Bullae *Coenae*), et a qualibet percussione Clerici, etiam gravi et publica. Possunt quoque absolvere saeculares ab omnibus casibus et censuris Papae reservatis (exceptis casibus Bullae *Coenae*, et percussione Clerici, duello, violatione immunitatis, et clausurae monialium ob pravum finem, simonia, et omnibus casibus quos sibi reservant Episcopi, licet omnes isti casus sint occulti). Haec potestas valet tantum pro foro interno.

Regulares nullibi possunt excipere confessiones saecularium quin ab

Episcopo loci approbentur, et, si velit, examinentur. Possunt dispensare cum suis subditis in quacumque irregularitate ob delictum, aut ob defectum; insuper in praecipuis ecclesiasticis, praesertim in dubio utrum res dispensatione egeat, ut in jejuniis, abstinentiis recitatione officii, observatione festorum, non ad longum tempus; item quoad regulas religionis, quoad abbreviationem Breviarii in infirmitatibus, aut laboribus extraordinariis.

Confessarii regulares mendicantes, modo habeant ad hoc licentiam specialem a superiore sui monasterii, possunt irritare, remittere et dispensare vota et juramenta, et dispensare cum conjugibus quoad impedimentum, ad petendum debitum propter incestum cum consanguineo conjugis, idem est de voto castitatis ante vel post matrimonium elicito, et probabiliter etiam in casu necessitatis possunt dispensare cum sponsis, ut possunt Episcopi, in voto castitatis, ad contrahendum matri-

monium. Regulares in itinere, si non habeant socium sui ordinis, possunt confiteri cuique Sacerdoti, etiam non approbato.

10. Quoad Ordines, regulares non recipiant litteras dimissoriales ab Episcopis, sed a suis Superioribus, alioquin peccant graviter et incurrunt suspensionem. Debent examinari et ordinari ab Episcopo loci ubi morantur; et si alibi mittendi sint, quia Episcopus abesset, aut non haberet ordinationem, ferant de hoc attestationem ab Episcopo domicili. Possunt ordinari extra tempora, et in tribus diebus festivis. Possunt celebrare in suis Ecclesiis, saltem tribus horis ante ortum solis. Cum licentia superioris possunt etiam tonsurati concionari in suis Ecclesiis, petita tantum benedictione Episcopi, in aliis autem Ecclesiis non sine approbatione Episcopi, qui potest eos examinare, imo in certis casibus eos suspendere et punire.

DE CARITATE
ET PRUDENTIA CONFESSARII.

1. Distinguatur occasio voluntaria a necessaria, remota a proxima, per se respectu omnium, aut per accidens respectu alicujus personae: attendatur frequentia peccatorum, aut evidens periculum peccandi, aut scandalum aliorum. Sit rigorosus Confessarius ubi agitur de periculo peccati formalis, et raro acquiescat dicentibus ex separatione magnum oriturum scandalum, nam si alii ignorent, nihil suspicabuntur, si autem sciant, multo magis mirabuntur quod post confessionem occasionem non auferat.

Distinguit S. Carolus occasiones quae non sunt *in esse*, ut blasphemare in ludo, in caupona, et ait

quod si poenitens promittat firmiter ab iis occasionibus in posterum se abstinere, potest experiri Confessarius dando absolutionem usque ad ter, sed non ultra, nisi aliqua emendatio appareat; si autem occasio sit *in esse*, ut ei qui concubinam domi detinet, omnino neganda est absolutio, donec occasio prius auferatur, nisi cum promissione remotionis occasionis adesset dolor vere extraordinarius, et poenitens non posset redire nisi post longum tempus, et insuper modo alii Confessario fidem jam non fregerit.

Si autem occasio sit proxima et necessaria, fiat remota, abhibendo ad hoc remedia; et toties quoties censetur dispositus debet absolvi. Hinc absolutiones capaces sunt qui nolunt relinquere domum aut officium ubi soliti fuerunt peccare, quia nequeunt deserere sine magno detrimento, modo verum habeant propositum, et media assumant; sed interdum utile est eis absolutionem differre. Scriptura non dicit quod

peribit qui est in periculo, sed qui illud amat. Si autem manendo in occasione proxima voluntaria semper eodem modo relabantur, etiam adhibitis remediis, omnino neganda est absolutio donec occasionem tollant, nam *si oculus tuus scandalizat te, etc.*

Ubi agitur de liberando poenitente a peccato formali, utamur opinionibus benignioribus, sed ubi opiniones benignae periculum peccati formalis proximius reddunt, utamur rigidioribus.

2. Habitati qui peccata nondum sunt confessi, si bene sint dispositi, possunt absolvi prima vice qua confitentur de pravo habitu; si tamen habitus est inveteratus, absolutio potest differri donec aliqua media adhibuerint. Recidivi qui post confessionem eodem modo sunt relapsi sine ulla emendatione, nisi dent signa extraordinaria, ne una quidem vice possunt absolvi; differantur ad 8, 10, 15, 20 dies ad summum, ut suadet Bened. XIV; et si

quod si poenitens promittat firmiter ab iis occasionibus in posterum se abstinere, potest experiri Confessarius dando absolutionem usque ad ter, sed non ultra, nisi aliqua emendatio appareat; si autem occasio sit *in esse*, ut ei qui concubinam domi detinet, omnino neganda est absolutio, donec occasio prius auferatur, nisi cum promissione remotionis occasionis adesset dolor vere extraordinarius, et poenitens non posset redire nisi post longum tempus, et in super modo alii Confessario fidem jam non fregerit.

Si autem occasio sit proxima et necessaria, fiat remota, abhibendo ad hoc remedia; et toties quoties censetur dispositus debet absolvi. Hinc absolutiones capaces sunt qui nolunt relinquere domum aut officium ubi soliti fuerunt peccare, quia nequeunt deserere sine magno detrimento, modo verum habeant propositum, et media assumant; sed interdum utile est eis absolutionem differre. Scriptura non dicit quod

peribit qui est in periculo, sed qui illud amat. Si autem manendo in occasione proxima voluntaria semper eodem modo relabantur, etiam adhibitis remediis, omnino neganda est absolutio donec occasionem tollant, nam *si oculus tuus scandalizat te, etc.*

Ubi agitur de liberando poenitente a peccato formali, utamur opinionibus benignioribus, sed ubi opiniones benignae periculum peccati formalis proximius reddunt, utamur rigidioribus.

2. Habitati qui peccata nondum sunt confessi, si bene sint dispositi, possunt absolvi prima vice qua confitentur de pravo habitu; si tamen habitus est inveteratus, absolutio potest differri donec aliqua media adhibuerint. Recidivi qui post confessionem eodem modo sunt relapsi sine ulla emendatione, nisi dent signa extraordinaria, ne una quidem vice possunt absolvi; differantur ad 8, 10, 15, 20 dies ad summum, ut suadet Bened. XIV; et si

peccatum procedit ex fragilitate intrinseca, etiam minus Curet Confessarius ut illos disponat, raro enim prodest recidivis dilatio, sed multo magis gratia sacramenti. Aliud est si lapsus procedant ex occasione extrinseca quam poenitens non vitavit. Saepius vocentur ad confessionem omnes recidivi; ut autem absolvantur statim, non sufficiunt signa ordinaria, requiruntur extraordinaria, v. g., verba ex corde procedentia, minutio peccatorum in eisdem circumstantiis, aut certe major resistentia, fuga occasionis, observatio remediorum, praesertim si ab alio Confessore non fuerint data, spontanea et difficilis confessio, motus cordis extraordinarius, confessio peccatorum antea tectorum, jam facta restitutio rei alienae aut famae; signum autem minus utile est tempus seu dilatio, gratia enim tempus non requirit, quod indirecte tantum, dum illa signa directe dispositionem ostendunt. Numquam potest adesse certitudo physica de dispositione,

sufficit moralis. Si poenitens relapsus est ex fragilitate intrinseca, iterum dico raro expedire dilationem absolutionis, etiam promolitiæ, quando putatur dispositus, debet absolvi; aliter autem agendum cum eo qui relabitur ob occasionem extrinsecam, etiam necessariam. Pro pollutione valde utilis est frequens confessio, ait S. Phil. Neri, et Card. Toletus addit nullum remedium ad hoc esse efficacius, et qui eo non utuntur emendationem non possunt sperare, nisi per miraculum.

3. Peccat ille Confessarius qui indispositos absolvit, sed non minus ille, qui dispositos sine absolutione dimittit. Valde male agunt illi qui recidivos absolvunt, praesertim peccantes ob occasionem extrinsecam, sine signo extraordinario, sine admonitione, et quin ipsis remedia praescribant.

4. Maxima requiritur cautio quando agitur de iis qui absolutionem petunt ut sacros Ordines reci-

piant; debent certe diu probari, si opus sit, Ben. XIV (*Syn.* 1, 11, c. 17, 18) et in hoc consentiunt omnes Doctores cum S. Thoma qui (2 2. q. 184 a. 8) ait: *Ordines sacri praeexigunt sanctitatem.*

5. Curet Confessarius ut omnes sciant ea quae necessaria sunt necessitate medii et praecepti. Sciscitetur, ubi opus est de scandalo, de cooperatione; item an parentes filios doceant, corripiant, scandalizent, an illis permittant colloquia privata periculosa, an eos simul dormire sinant, an cogant circa electionem status? An domini servus invigilet, an uxores debitum negent? nam propter hoc multae damnantur. An poenitens proximo grave malum optaverit, an de eo gavisus sit, famam abstulerit, discordias excitaverit, odia foverit? An cogitationibus, desideriiis impuris deditus, quodnam horum fuerit objectum? An verba obscena coram aliis? In omnibus scire expedit an sit consuetudo. Si Sacerdos accedat, interrogetur an

rite celebret et confessiones audiat, an satisfecerit Horis, et oneribus Missarum intra tempus debitum? An gratias agat? Confessarius qui ob respectus humanos aliquem dissuadet a vocatione religiosa, a mortali nequit excusari, ait S. Thomas. Cum Sacerdotibus sit Confessarius suavis et urbanus, sed fortis in monendo et in deneganda absoluteione recidivis, si opus sit, licet eam peccant in sacristia. Si accedat Parochus, an invigilet, corripiat, concionetur? An medicus suo fungatur officio circa licentiam pro edendis carnibus, circa curam pauperum, an admoneat aegrotos de periculo ut sacramenta administrentur. Non est sciscitandum a pueris circa pollutionem an fuerit seminis effusio, nam melius est ut desit integritas materialis confessionis, et non edoceantur ea quae feliciter ignorant. Pueri disponantur ad absoluteionem, si opus sit. Pro electione status, bene examinet Confessarius motiva impellentia, non absolute determi-

net, sed tantum ex iudiciis suadeat; avertat a religione laxa, et praecipuam curam adhibeat si poenitens cupiat esse Sacerdos saecularis, in quo statu multa sunt pericula. Raro valde permittat votum castitatis perpetuae. Attendat ad eos qui nubere debent, cum sint incontinentes, et remedia adhibere nolunt quibus continentes fiant. Non permittat ut puellae doceantur a viris legere, multo minus scribere, et si non obtemperant, nec eas nec matres absolvat. Si homines foeminarum comas componunt, valde periculosum erit ne peccent.


6. Ordinarie non imponat mortificationes externas, non tribuat nisi postulatus, et quandoque minus quam postulat. Suadeat praesertim mortificationem gulae, oculorum, aurium, linguae, ut poenitens quovis cibo sit contentus, adversa obvencientia patienter ferat.

7. Cum moribundis confessio potest abbreviari, ea conditione ut si convalescant integra fiat, cura sit

doloris; si assistentes non possint discedere, sufficit ut aegrotus se accuset generice, et in particulari de aliquo peccato levi. Conetur Confessarius ut restitutiones, cum possibile est, statim fiant.


8. Dum infirmus sui compos est absolutionem ei pluries conferre post brevem reconciliationem juvabit; si in lethale incidat, ne exterreatur, sed conteratur et statim absolvatur. Si sensibus sit destitutus, et nullum signum det (monendus erit ut det quantum potest) sufficit eum absolvere omni quarta hora, saepius si jamjam moriturus est, aut hoc putatur utile juxta cognitionem ejus conscientiae.

FINIS.



SUMMA OPERIS.

De Legibus.....	1
De Peccatis.....	4
I Praeceptum.....	5
II Praeceptum.....	6
III Praeceptum.....	9
IV Praeceptum.....	10
V Praeceptum.....	14
VI Praeceptum.....	17
VII Praeceptum.....	18
De Restitutione.....	20
De Contractibus.....	44
VIII Praeceptum.....	58
De Praeceptis Ecclesiae...	61
De Officiis non nullorum saecularium.....	66
De Sacramentis in genere..	69




De Eucharistia.....	72
De Sacramento Poenitentiae.....	77
De Extrema Unctione.....	105
De Matrimonio.....	106
De Censuris.....	131
De Privilegiis.....	146
De Caritate et Prudentia Confessarii.....	155

U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





ÍNDICE PRÁCTICO MORAL

PARA SACERDOTES

QUE CONFIESAN MORIBUNDOS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



CAPITULO I.

DEL SACRAMENTO DE LA CONFESION.

I.

Qué se entiende por artículo de muerte, en órden á la absolucion?

Preg. Qué se entiende por artículo de muerte?

Resp. Aquel tiempo, en que la muerte moralmente se aproxima y acerca. *Lacroix, Lib. 6, part. 2*
núm. 1559.

Preg. Qué se entiende por peligro de muerte?

Resp. Cuando se aguarda con duda, ó temor probable la muerte. *Lacroix ibid.*

Preg. Si todo lo que puede el Sacerdote en el artículo de muerte, pueda tambien en solo peligro de muerte?

Resp. Respondo afirmativamente, y es lo mas probable. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1561, citando á Suarez, Sanchez, Lugo con otros muchos.*

Preg. Quiénes se juzgan estar en artículo equivalente al de muerte?

Resp. El sentenciado por el juez á morir y cualquier otro á quien se halla determinado matar. Y tambien aquel á quien amenaza próximamente perpétua locura. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1559. Sylvio, part. 1, orat. 1.*

Preg. Quiénes se juzgan estar en peligro de muerte?

Resp. Los que entran á batalla,

los que tienen enfermedad peligrosa, los que emprenden viages arriesgados ó navegaciones largas, los que están condenados á que cualquiera los mate, los que sirven á los apestados.

La muger que ha experimentado peligro de la vida en los partos, y se halla cercana á parir, las primizas y por consiguiente los que se hallan en peligro próximo de cautiverio, ó de destierro entre gentes donde ó no se espera hallar Sacerdotes, ó hallarlo con gran dificultad, pues en estos últimos, parece se halla la razon con mas fuerza que en todos los primeros que trae. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1559. Sanchez in Decalogum, lib. 2, cap. 13, á núm. 1. Aversa cuest. 16. sect. 3. Felix Potesta, Exam. Confes. tom. 1, part. 4, cap. 5, núm 3357,*

Preg. Y si puede todo esto el dicho Sacerdote simple, cuando está presente Sacerdote con jurisdiccion?

Resp. Que se tiene por mas comun y probable que no, por Lacroix citando á Sanchez y á Cárdenas contra Stoz, Sporet y Diana; pero el padre Moya tiene por mas probable que sí, aunque esté presente el superior, si bien todos exceptúan el caso en que el Sacerdote simple ha empezado la confesion, porque entonces la debe proseguir, como tambien hacerla, cuando no quiere el que tiene jurisdiccion. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1562. Moya, trat. 3, disp. 7, q. 1, núm. 11.* Yo aconsejara la primera opinion en el peligro, y la segunda en el artículo de la muerte.

Preg. Si en el solo artículo de la muerte, habiendo copia de varios Sacerdotes, haya de preferir el aprobado al no aprobado, el no excomulgado al excomulgado é irregular, el católico al herege?

II.

Qué Sacerdote puede absolver de pecados en peligro y artículo de la muerte?

Preg. Qué Sacerdote puede absolver en el artículo de la muerte?

Resp. Que cualquier Sacerdote aunque no esté aprobado, aunque esté irregular, excomulgado vitando, aunque esté degradado, aunque sea herege y apóstata, puede absolver á cualquier fiel de cualquiera pecados y reservaciones en el artículo de la muerte. *Conc. Trid. sec. 14 de Poenit. cap. 7.*

Preg. Si lo mismo puede el dicho Sacerdote en el peligro de la muerte?

Resp. Como mas probable, que sí. *Medina, Sanchez, Laiman, Lugo; citados de Lacroix, lib 6, part. 2, núm. 1561.*

Resp. Probablemente, que no obliga esta graduacion. *Cardin. Lug. de Pœnit. disp. 18, sec. 2, núm. 37.*

III.

De la integridad material de la Confesion, en el peligro ó artículo de la muerte.

Preg. Si el penitente está obligado en este peligro á confesar íntegramente sus pecados?

Resp. Que sí. *Commun DD.*

Preg. Si no se ha examinado, cómo lo ha de examinar el confesor?

Resp. Que no ha de tasar el exámen por su ciencia y robustez, sino que se ha de acomodar á la capacidad y estado presente de la debilidad del enfermo, de tal suerte, que le ha de hacer el exámen lo mas ligero y suave que pudiere,

aunque juzgue que descubriera mas pecados con mas exámen. *Lug. disp. 16, sec. 14, núm. 594.*

Preg. Si amenaza por instantes ó la pérdida del sentido ó la muerte, que hará el confesor con el que empezó á confesarse?

Resp. Que oyéndole un pecado, muévalo á dolor y absuévalo, y puede ir oyéndolo y absolviéndolo, hasta que se concluya la confesion. *Salmantis, tract. 6, cap. 8, part. 5, núm. 117.*

Preg. A quiénes otros no obliga la integridad material de la confesion?

Resp. Que bastará que diga uno ú otro pecado el moribundo mudo por señas, el sordo, el que se confiesa por intérprete, á quien amenaza ya peligro de la vida, como de naufragio, terremoto &c, el nimiamente rudo que no acierta á decir sus pecados, si el enfermo está apesado y teme el confesor peligro de su propia vida. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1142.*

Preg. Si bastará decir en estos casos los pecados in genere?

Resp. Que si la confesion es á solo el Sacerdote, deberá decir algun mortal, in specie, aunque no necesariamente el mas grave; y si no puede, bastará que diga, *peque gravemente*; pero si se confiesa ó por intérprete ó por escrito fácil de publicarse, ó delante de otros, entonces bastará que diga algun venial, añadiendo, que se acusa de todos los mortales in genere. *Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1146. Lug. de Poenit. disp. 15, sec. 5, núm. 63.*

IV.

Cuándo se le ha de dar absolucion al moribundo que no dice pecado alguno.

Preg. Si cuando el moribundo, presente el Sacerdote dá señas de dolor, ó con golpe de pecho, ó apre-

tando la mano &c., deberá ser absuelto?

Resp. Que sí. *Salmantis, supracitati, punt. 6 á núm. 146.*

Preg. Si las señas que dá el moribundo se duda sean por dolor de sus pecados, deberá ser absuelto?

Resp. Que sí debe ser absuelto, sub conditione. *Salmantis, ibid.*

Preg. Si se ha de absolver el moribundo totalmente privado, de quien afirman uno ó muchos, que pidió confesion, ó dió señas de arrepentimiento antes que llegase el sacerdote?

Resp. Que sí. *Salmantis, ibid.*

Preg. Si puede ser absuelto el moribundo privado de sentidos, de quien no consta por testigo alguno, si pidió confesion?

Resp. Que puede ser absuelto, sub conditione. *Salmantis, ibid.*

Preg. Si se pueda absolver al moribundo, destituido ya de sentidos, habiendo dicho antes con el delirio, que no queria confesarse?

Resp. Que sí, sub conditione. *Salmantis, ibid.*

Preg. Si podrá ser absuelto el moribundo privado de sentidos en algun acto pecaminoso?

Resp. Que con tal que no haya sido público pecador y de tan impías costumbres, que ó nunca, ó casi nunca se confesase, podrá ser absuelto sub conditione; pues podemos presumir que quiere la confesion, aun en este caso, cuando nos consta que los que mueren en el desafío, ó son heridos en casa de la ramera, ó en el latrocinio, piden y desean luego la confesion. *Salmantis, ibidem. Tamburin. Opusc. de Confes. lib. 2, cap. 10, § 1, núm. 12, F. Antonius ab Spiritu Santo in Direct. Confes. de Poenit. á núm. 720.*

Preg. Si ha de absolver el confesor al moribundo que está con ocasion próxima en casa de su cómplice?

Resp. *Laymán, lib. 5, trat. 6, cap. 4, núm. 11, que ordinariamente no se ha de dar la absolucion al con-*

cubinario oculto, sino es, que prometa echar ó apartarse cuanto antes del cómplice. Luego añade: Nihitominus in certo casu, circumstantia concurrere possunt, ob quas pradens Confessarius aliud decernet, ut notavit idem Navarrus, cap. 3, núm. 15, etc. 19. Finellius casu reservato, 11 núm. 10, exempli causa: si aliquis in gravi infirmitate, vel mortis periculo constitutus, alium hominem facile habere non possit, qui necessaria ministret præter Concubinam, ad quam tunc penitens carnis affectum non gerat, ideoque putet, se ejus occasione non lapsurum: cum primum autem convaluerit, statim a se amandandam promittat: tali aliquo casu permitti poterit, si scandalum absit: videlicet in concubinato occulto.

Tamburino in Methodo Confessionis, cap. 3, §. 5, alegada esta doctrina de Layman, añade: Aliqui hanc necessitatem, etiam ad publicum peccatorem in prædictis circumstantiis trahunt, quando publicus verè proponit emmendationem. Se entiende, que se ha de dar satisfaccion, ó por el

confesor ó por el enfermo, publicando su verdadero arrepentimiento; de donde se infiere con mayor fundamento, que se puede permitir en semejantes circunstancias que dé el cómplice alimentos y medicinas á su cómplice.

Qué se halla de hacer con la ramera que le coge la enfermedad en el lugar público, en órden á la confesion y Viático. Véase á Tamburino en el lugar citado, y en el *Meth. commun.*

Preg. Si al que el confesor halla al parecer muerto, podrá absolverlo sub conditione?

Resp. Que especialmente al de muerte repentina podrá absolverlo sub conditione, aunque hayan pasado dos horas, porque siempre hay duda, ó physica ó moral, si ha muerto, ó no en este espacio de tiempo. *P. Benit. Hieronymus Feyjoo. Teut. Crit. tom. 5, disc. 5, §. 9.*

Preg. Si se podrá absolver al penitente distante?

Resp. Que se puede absolver al

penitente, siempre que se pueda percibir su presencia física por algun sentido corporal, porque se juzga *moraliter præsens*, y cuando se percibe por la vista, podrá absolverse hasta distancia de veinte pasos. *Leandro, trat. 5, de Pœnit. disp. 2, quæst. 30. Gobat. trat. 7, cas. 5, num. 288.* Pero si alguno juzga ó duda, que el moribundo visto á mayor distancia, tiene presencia requisi- ta para el Sacramento de la Penitencia, podrá sub conditione, por la regla comun.

Preg. Si se podrá absolver el moribundo, de quien avisan al confesor su extremo peligro, y este solo vé la casa ó cámara donde está el enfermo?

Resp. Leandro en el lugar citado, *quæst. 31 affirmarunt in facti contingentis non nulli Docti, etc. anici Recentiores; ex eo, quod tunc moribundus moraliter est præsens alicui sensui Confessarii sumpto continente pro contento, id est, domus, pro pœni-*

tente in ea incluso. Sed longe multo probabilius respondeo non esse validam, quia vere, & in rigore tunc absolutio datur absentibus cum Sacerdos nullo modo videat, aut auditu, aut alio sensu percipiat, quod est necessarium ut ex dictis constat; secus esset, dicendum, si in proposito casu Sacerdos á longe audiret penitentem confessionem postulantem; quia tunc vere esset illi moraliter presens. Y yo advierto, que siempre que el confesor tiene duda física ó moral, de si valdrá la absolución, y mas en necesidad extrema, parece que podrá dar la absolución sub conditione, si possum.

V.

Cuándo pueda absolver el confesor al penitente moribundo, que carece ó se duda de su uso de razón.

Preg. Si en el artículo de la

muerte se haya de absolver al que enfermó estando loco?

Resp. Que si consta haber sido plena y perpétuamente loco, no se le puede dar la absolución nec sub conditione. Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 2871. Pero si alguna vez tuvo uso de razón, ó se duda si lo tuvo, parece se le podrá dar la absolución sub conditione; pues es probable que se puede dar el Viático, y al no bautizado el Bautismo. Lacroix, lib. 6, part. 1, núm. 656. Gobat, trat. 5, núm. 417. &c. 418.

Preg. Si se podrá absolver al medio loco moribundo?

Resp. Que ahora delire en un solo objeto, ahora se juzgue que tiene razón y libertad, saltem imperfecta, ahora se dude si está totalmente loco ó medio loco, puede ser absuelto sub conditione. Lacroix, lib. 6, part. 2, núm. 1872.

Preg. Si se deba absolver al niño moribundo.

Resp. Que sí, confesándolo como se pudiere, y á estos se ha de

